Etenim alius est respectus quo quaevis pars reipublicae respicit totam rempublicam. Et nam respectus civis aut etiam Principis in quantum est pars, ad totam rempublicam, cuius est pars; et quatenus incumbit bonum reipublicae procurare. Et ad hoc bonum procurandum ponitur in illis justitia generalis, nam id procurare est proprium generalis justitiae quae ad illud attinet dirigere virtutes ut fortitudinem, temperantiam, liberalitatem etc. ad bonum commune reipublicae. Et quia directio propria huius justitiae fit communiter mediis legibus praescribentibus bonum commune, justitia haec solet etiam appellari justitia legalis. = Alius est 2us respectus est quo tota respublica aut etiam princeps quatenus operatur nomine totius reipublicae respicit quamlibet reipublicae partem aut civem illius in ordine ad bonum partis procurandum servando jura ipsius. Et in ordine ad hoc praestandum ponitur quaedam justitia specialis, nempe justitia distributiva cui incumbit onera et commoda distribuere. Potest etiam ad hunc respectum reduci justitia vindicativa, ad quam etsi non spectet procurare bonum partis, cui poenam pro delictis infligit, spectat tamen procurare bonum partis laesae, cui datur satisfactio per poenam delinquentis: aut etiam bonum reliquarum partium in quarum bonum cedit delinquentium poena, etiam communis.

3us et ultimus respectus qui reperitur intervenit inter partem et partem reipublicae, vel inter civem et civem. Per hunc nam respectum respicit unus civis alterum civem, aut una pars reipublicae alteram reipublicae partem in ordine ad servanda jura ipsius. Et ad haec servanda ponitur altera species justitiae specialis, nempe justitia commutativa. Sed videamus jam sequentibus disputationibus an omnes praedictae justitiae rigorosae sint et sub una ratione convenientes. Ex quo promptum erit deducere an datae divisiones justitiae in communi sint rigorosae et univocae.

Disputatio 3a

De justitia legali, ubi an 1a divisio justitiae bona sit, et stricta?

Caput 1^m

An justitia Legalis sit specialis virtus à reliquis omnibus distincta?

In q. videtur stare Aris 5 ethic. Cap. 1 pro negativa statuente justitiam legalem, seu generalem non distingui à collectione cunctarum virtutum moralium. Cujus autoritatem afferemus Cap. 3. Stant etiam pro hac sententia Andreas de Vega lib 5 in concilio Tridentino Cap 4 et multi alii apud P. Lessium lib 2 de justitia Cap 1 nº 10.

Opposita sententia affirmante legalem justitiam distingui aliquo modo à collectione reliquarum virtutum, eamque in se esse formaliter specialem quandam virtutem: licet extrinsece et denominative ad objecto directo sit virtus generalis, quatenus ab ipsa reliquae virtutes morales dirigantur in ordine ad bonum commune reipublicae assequendum (sicut charitas ob similem rationem dicitur etiam virtus generalis; hoc est virtus continens in potentia ut virtute directiva reliquas omnes virtutes) pro hac imo sententia stant D. Thomas hic q. 58 artº 6, Sotus lib 3 de justitia q. 2ª artº 5, P. Valentia 2ª 2ᵃᵉ disp. 5 q. 2ª puncto 2 columna 3ª, Lessius lib 2 Cap 1º dubio 3, Filliucius tr. 31 Cap 7º q. 11 Lugo disp 1 nº 61 et alii. Haec doctrina mihi placet.

Probatur 1º haec conclusio: quia justitia haec generalis seu legalis habet speciale objectum formale, quod per se intendat distinctum ab objecto formali quod per se reliquae virtutes intendunt: nam haec justitia per se et primario intendit commune bonum, nulla ratione habita proprii commodi: hoc autem bonum ita procurare ad nullam aliam virtutem spectat (?) ergo haec est specialis quaedam virtus distincta à reliquis omnibus = Confirmatur ex D. Thoma q. citata 5 ad 4ᵘᵐ dicendum: quia quaelibet virtus per se propria ratione ordinat suum actum ad proprium finem ipsius virtutis: (?) ut ordinetur ad ulteriorem finem indiget alia superiore virtute, à qua in illum finem ordinetur: (?) ut omnes virtutes ordinent suos actus ad bonum commune, quod est alius finis praeter finem proprium earum indigent alia superiore virtute. Sed haec est justitia generalis: ergo etc.

Probatur 2º: quia ex eo, quod virtus habeat peculiarem difficultatem vincendam in eo quod dirigat opera virtutis ad commune bonum, admittit specialis virtus ad hanc difficultatem vincendam (quae virtus prudentia pollitica nuncupatur)

sed etiã voluntas haec peculiarem diff.tem vincendo in eo quod velit dirigere opera virtutum in omni materia ad bonum Commune, etiam postposito bono proprio ipsius suppositi operantis. Ergo ad hanc diff.tem vincendam admittenda est specialis quaedam virtus, quae a nobis justitia generalis dicitur.

Confirmatur, quia justitia legalis saepe obligat cives, ut studeant bono communi, particulari bono postposito; quod sine praesenti iniquum reputatur: ergo assignanda est specialis virtus bonum Commune intendens, si quis delinquat. Sed haec est justitia Legalis: ergo etc.

Primo id ipsum confirmatur 2.o ex Arist. in 3 Politicorum Cap. 3, quem affert loco citato D. Thomas. Ait n. Philosophus: non simpliciter eadem virtus boni viri et boni civis: sed virtus boni civis est justitia generalis, per quam aliquis ordinatur ad bonum Commune: et virtus boni viri est omnis virtus, seu virtus in communi, quae ipsum perficit tam in ordine ad se, quam in ordine ad quodlibet aliud extremum distinctum a republica. Ergo non est eadem virtus justitia generalis cum Collectione reliquarum virtutum, quae subiectum perficit tam in ordine ad se, quam in ordine ad quodlibet extremum distinctum a republica; unde deducitur Philosophum etiam stare pro nobis.

Probatur 3.o

quia ubi datur diversa ratio debiti aut ex diverso capite conveniens, debet assignari diversa virtus: atque diversum debitum et ex diversa ratione competit justitiae legali atque reliquis omnibus virtutibus: ergo assignanda est specialis virtus, quae justitia legalis sit, a reliquis quoque omnibus virtutibus distincta. Major admittitur a DD.bus Minor probatur quia debitum procurandi bonum Commune, est aliquod debitum quod nulli alteri virtuti convenit nisi justitiae legali: praeterea hoc bonum procurare ex eo motivo quod civis illud procurans sit pars reipublicae est ratio specialis procurandi tale bonum, quae a nulla altera virtute attenditur nisi a justitia legali: ergo etc.

Sed esti hucusque probatum sit justitiam legalem esse specialem virtutem distinctam a reliquis omnibus Collective, restat probemus illam etiam distingui a quaque virtutibus in particulari, cum qua confunditur ab aliquibus DD.us: nam ab aliis confunditur cum amicitia: ab aliis cum pietate: et hanc sententiam probabilem reputat Pater Lessius hic lib. 2 cap. 1 n.o 12 ipse tamen n.o 19 ut probabilius docet hanc justitiam legalem non distingui ab

obedia. Et sic 1.^i AA.^es attribuunt munus justiæ legalis pietati; 2.^i amicitiæ; Ultimus obediæ.

Sed 1.^a sententia hanc rejicit 1.º: quia justitia hæc respicit debitum ex sua ratione; amicitia autem ex sua ratione nullum debitum respicit. Amicitia enim respicit bonum amici absque ulla ratione debiti, et sic illud amat, aut procurat amore omnino gratuito, sive benevolentiæ: justitia vero legalis respicit bonum commune reipublicæ non gratuito, sed ex debito; et quidem ex debito adeo urgente, ut ratione illius teneatur cæteris paribus anteponere bonum commune huius reipublicæ non solo parentibus, sed etiam vitæ propriæ, ut ibidem docet Lessius n.º 14 = 2.º: quia ad justitiam istam attinet procurare bonum commune reipublicæ propter specialem coniunctionem, quam civis habet cum illa tamquam pars cum toto: quod ad amicitiam nullo modo attinet.

Rejicit 2.^a: quia ut supra proposuimus ex communi DD.^rum quam tradit Lessius n.º 14 citato: ubi reperitur diversa ratio debiti, debet assignari diversa virtus in ordine ad illud servandum: sed diversum debitum est debitum pietatis à debito justiæ legalis: ergo diversæ virtutes debent assignari ad ea diversa debita servanda. Minor: quia debitum, quod quis habet ratione pietatis est debitum ratione principii creati, cui debet ortum fundatum quod in connexione, quam cum tali principio habet: quare hoc debitum habet filius ratione parentum, necnon et ratione patriæ cui ortum debet. (namque hæc reputatur tamquam parens ratione illius) sive quod tale debitum habet patriæ sit civis illius, sive non: hoc tamen debitum non habet quis ratione reipublicæ, quæ non est eius patria, ut recte docet D. Thomas hic q.^a 101 art.^o 3 in respons. ad 3.^m et cum ipso Pr Valentia disp. 5 q. 2.^a p.^to 2.º § neque obstat: est quam communis doctrina: debitum autem proprium justiæ legalis est debitum quod quis habet ad suam rempublicam tamquam ad totum cuius est pars et propter connexionem quam habet cum toto, sive talis civis debeat huic ortum illi reipublicæ, sive non debeat: ergo talia debita sunt diversa = Adde debitum quod respicit justitia legalis esse rigorosius debito pietatis, cum bonum commune reipublicæ, quod procurare tenetur civis, debeat anteponi parentibus ut constat ex § præcedenti =

Rejicit 3.ª sententia: tum quia justitia

legalis et obedia respiciunt diversu debitu: nã debitu proprium justitiæ legalis ē debitu partis ad totu fundatu quo in nexu, quo pars hēt cū toto: quod genus debiti n respicit obedia ex suâ rōe = Tum quia obedia inclinat formalr ad honestatē obediendi superiori: at justitia legalis n attendit ad eā honestatē, sed ad procurandu bonu cōe reipublicæ cuius ē pars: quod n fit tm obediendo, ut accidit in subdito sed etiā præcipiendo, ut cernitur in principe, qui rōe huius justitiæ legē tenetur leges odere, pinde ac precipere in ordine ad cōe bonu; quæ præcepta in ipso n ptinent formalr ad obediā.

Tum demum quia egre explicari potest quo pacto ab obediā possit in principe prestari id, quod alij cū Rebello de obligat. justitiæ lib 13. de emphiteusi q 18 a n° 10 attribuunt justitiæ legali: nempe rōe illius teneri principem, n solu leges odere in ordine ad bonu cōe; sed etiā adducere aliqn in discrimen bona particularia civiu. Quare vi huius justitiæ poterit Princeps vitā civiu exponere bellis hostiu, nē periclitetur respublica: medicos cogere ad curandos cives tempore pestis: divites compellere ad vendendu justo aut minore pretio triticu, s. oleu sibi superfluu: cogere etiā privatos cives ad vendendas sedes necessarias ad vias s. edificiu publicu, aut religiosu, ad n attollendu altius edificium. Et quod in aliquibus casibus id Princeps prestare tenebitur sub culpâ mortali = Ergo statuu meat legalē justitiā ab ōibus prædictis virtutibus in particulari distui. Esse quoque int virtes oēs morales specialē quandā virtē, n secus atque obediā, s. amicitiā.

Hic vero observabis ex S.to Thā q.e 58 ar.to 2°, quod id ex Ale desumpsit, ē quæstiō cōe int DD. generalē seu legalē justitiā reperiri posse tā in Principe quā in cive: quia uterque ē pars reipublicæ, cui incumbit bono cōi reipublicæ attendere ex eodē motivo boni cōis, et propter eamdē connexionē partis cū toto. Adhuc tn in illis reperiri cū aliquâ diversitate materiali. Nā in Principe reperitur quasi architectonice ut loquuntur citati DD.

hoc e, imperatorie quatenus inclinat Principem ad hoc ut arte et imperio procuret bonum Coe. In Cive vero reperit quasi executorie quatenus illum inclinat ad hoc ut exequatur tum Principis imperia et Leges, tum ea omnia quae ad idem bonum Coe conducunt. Unde alius praecipiendo, alius obediendo, aut exequendo praecepta idem Coe bonum intendit, aut exequitur ex intentione eiusdem finis.

Unde colliges eandem plane esse eiusdem virtutis esse praefatam justitiam in Principe et in Cive: quia uterque sive praecipiendo, sive obediendo obeandum rem et motivum formale boni Cois operatur.

Neque obstat quod prudentia pollitica Principis et subditorum sint diversae virtutis, ut colligitur ex Arist. 6. Ethic. Cap. 8 et ex D. Tha. hic q. 47. art. 11; quia prudentia Principis ut bene notavit P.r Lugo habet diversa motiva suae Cognitionis et quae specificet, diversa insuper ab illis quae habet prudentia subditi: nam necesse est Principi cognoscere alias et dificiliores veritates, ut sciat bene imperare, quam Civi, ut sciat bene obedire. Unde experientia ostendit multos esse optimos cives et subditos, qui tamen ad alios regendos bene ineptos. Et ideo necessarium est ponere distinctas species prudentiae pollitice in uno atque in alio propter diversitatem motivi intellectualis. At vero justitia Legalis Principis non habet dista motiva formalia ~~[illegible]~~ voluntatis ab illis, quae habet justitia Legalis subditi: nam uterque habet pro motivo bonum Coe: et ideo non est necessarium ponere in illis justitias Legales distinctae virtutis aut speciei.

Cap 2

An justitia Legalis sit rigorosa et stricta justitia.

Resp.eo negative cum com. DD., inter quos numerant P.r Valentia 2a 2ae disp. 5 q. 2a puncto 1o, P.r Lugo disp. 1 n.o 6 8. P.r Ludovicus Turrianus hic disp. 8 puncto 1 dubio 2 n.o 4 eo quod docuerunt desumunt ex D. Tha. quem sequuntur comm. eius discipuli hic q. 57 art. 4. tum in Corpore art. tum in respons. ad 1.m ubi docet quod sunt strictae stricta quod justitia deberet ...

int.e extrema ita dista, ut uny n. sit aliqd alterius, sed simpliciter et adeq.te altery: nq int. talia ss pote dari simplicit. et aprie equalet exequatio. Ex qua doctra sic prob. maj. deb.: justia stricta e ad alteri pfecta alteritate: sed justia ~~[illegible]~~ legalis ut talis n e ad altery pfecta altereit.e: (g. ut talis n e stricta justia. Pr. minor: q hec justia ut talis recidet in Cive, q. quatius pparat ad rempublicam ut pars illius: sed Civis ita pcideratus in ordine ad rempublicam n e ad altery pfecta alteritate (g. justia Legalis ut talis n e ad altery pfecta altereit.e.

Alit explat n. facta: justia stricta respicit jus stricty: sed justia Legalis n respicit jus stricty: (g.o justia Legalis n e justia stricta. Mir. 2er pbari pote. Pr. 1o et secure: q jus stricty e ad altery pfecta alteritate: sed justia Legalis n respit jus ad altery pfecta alteraite: (g. justia legalis n respit jus stricty. Mar pstat ex D.o Thá et suis loco pxe citato, necn et ex dictis a nobis dispe 1a cap 3 illaoe 3a. Mir etiq liquet: q jus qd respit justia Legalis e jus reipublice adversus Cive suy, ut e pars ipsius reipublice: int. rempublicq aut et Cive ut p.es illius n dat pfecta sive adeq.ta alteritas. 2o pbari pote eadi mir: q jus stricty e jus, Cuius violao cy damno alterius cui irrogat obligat ad restituoe, ut ex Cos DDs, huius apposite dispe 1a Cap.e 1o in ultima accepte juris: sed justia Legalis n respit jus cuius violao cy damno reipublice, cui irrogat, obligat ad restituoe (g.o justicia Legalis n respit jus stricty. Mar ut dicty met e Cos DDs. Ubi noto me in mare dixisse, violatioe juris stricti cy damno obligare ad restituoe: q si ex violaoe juris, seu injuria alteri facta nully damny alteri sequat nulla erit obligao restituendi ut notavit Pr. Molina in adulterio ex quo, nullo alio damno ~~[illegible]~~ secuto, nulla erit obligao restituendi.

Mir expresse tradit a.bs Lessio lib 2o cap 1o no 11 et 2i sigs. ubi ex p.te avet supo dispe 1a no 12

in tris ū seqt Lr. Lnus de Aviles doctus nrq Cros magist in manuscripto de justiā art 1o § 2o ibi n doceni qd sigs civis negligeret bonu cōe q. versate in periculo, jndeq nollet (etiq Cuz facile posset) subvenire reipublicę ab hostibus oppressę, s. sua resa militari, s. suo ꝯsilio, sed eā pati gravissimū damnu fineret, peccaret eqde gravit ꝯa justig legalę, sed n teneret ad restitueng et resarciendu reipublicę damnu; nisi forte rōe officij illi incumberet boni cōis ꝯservao. = At si rōe officij, aut pacti teneretad restituoẽ, iā interveniret justia ꝯmutativa, et ꝯventionalis (q tunc ꝯparat Civis ad rempublicę relīqz, sive ad reliquu reipublicę ut pars ad pōs) et sic nunqz evenit qd gubernator ad restituoẽ teneret rōe justię legalis.

Cōfrari pote hęc 1a Lessij doctra ex illā qq nos ipsi tradidimus disp 1a Cap 1o § ultimo; vbi diximus, jus qd justia respicit esse ꝯxi eē justu in penultimā accept ā nobis eodem Cap tradita. Qd jus eē diximus potestatę, seu titulu legitimu deservientę ꝑse ad aliqd obtinendu, s. fruendu re aliquā in ꝑpriu commodu. Ex quo deducebamus Cap 4 eiusdē disp ā § omissā respons 1a Lugo, jus illud qd q ꝑ accens et ex suppos necessitis het ad aliqd obtinendu s. fruendu in ꝑpriu commodu n eē jus strictu. Hac ergo doctrā supposītā sic arguitur: jus qd respublica het in necessit ad ꝯsiliu et bona civis n ē jus dans titulu ꝑsē ad tale ꝯsiliu et bona civis: sed solo ꝑ accens et ex suppositione necessitis: sed jus qd n ꝑse, sed so ꝑ accens et ex suppositione necessitis dat titulu ad aliqz rem, n ē jus strictu (ergo tale jus reipublicę ad bona civis et ꝯsiliu illius in necessite obtinenda n ē jus strictu. (ergo justia legalis quę tale jus respicit nec respicit jus strictu, nec ē stricta justia.

Sed qqvis utraqz doctra quę allata ē in hoc § a nobis (ea videlicet, quę desumpta eē ex Lessio, qz quę ex nrs ꝑrijs desumit) vera nobis sit: adhuc tamen

n absolute sido illas facte in 2o eq pe. Qa lex justia le-
galis n obliget ad restitutiões faciendas ob damnum qd respubli-
ca passa e, q civis ille n subvenit bonis suis, adhuc si ad illas
subveniendas teneat sub gravi obligatione, ut arguis saltus
aut vincit aut insuffit: tn adhuc sub dubio ee pote an
justia legalis aliqdo ad restitutiões obliget, qdo videlicet quis
peccato furti contra sola justia legalem peccaret gravit. De quâ
diffe ager cap penultimo et ultimo huius dispis. Proinde
so sic imus q nunc 1e pbat minis.

Ex dictis (q huiusqz) ctat jus-
ticia legale n ee rigorosa et strictam justia. Unde deducit, divisionez
justie in legale (seu generale) et particularis n ee in species equales
et rigorosas, que solent dici ptes subjective vois cois: sed so in species
analogas cveintes in aliquali similitudine nempe in roe virtutis
respicientis aliqualit alterum. Ptr cuius similitudinis cu jus-
titia stricta reductive ptinet justia legalis ad strictam justiam.
Et roe eiusdem dicit hec justia legalis (sicut et quevis alia vir-
tus que e aliqualit ad alterum, ut obedientia, Pietas, Religio etc)
pars potestativa, seu potentialis justie stricte, q nomine ptis potestati-
ve, seu potentialis alicuius virtutis illa intelligit, que cu n accedat
ad rigorosam roem talis virtutis, aliqualem tn similitudinem cu ipsâ het.
Cu hac tn doctrina stat

Cu hac tn doctrina stat, qd etsi justia legalis
sit sic improprie aut late justia, adhuc tn sit perfectior virtus qz jus-
tia stricta ut patet cu aliis. Pr Valentia q 2a citatâ p 2o
demq 5. Et roe qz supra tetigimus, qd videlicet bonu cõe totius
reipublice preponderare debet bono speciali cuiuslibet particularis.
Ergo idipsu pbat eadem q p to 5 § 2o justia gdz. Ubi pbat justiam
legalem ee perfectiorem oibus virtutibus moralibus moderantibus passiões
hois. Et idqz desumpsit ex Arle 5 ethic cap 1 asserente eam ee vir-
tutem prestantissimam, ita ut neqz Hesperus, neqz Lucifer sit adeo

adm

admirabilis. = Et hinc evenit, q^d si aliq^do occurrat occurrat obligaõ justitiæ legalis cum obligatione justitiæ specialis, et utraque nequeat simul adimpleri, sed una sub divisione, ceteris paribus præferenda sit necessario adimpletio obligaõis justitiæ legalis, ob rõe â nobis immaxime tactã: ut tenet expresse Aragon de justitiã q^e 58 arto 5 § hoc distincto. Et liquet etiã ex eis, quæ diximus cap præced^e § tum demum: ubi vidimus q^d bona utriusque civis, quæ Princeps ex justitiã speciali tueri tenetur ob defensionem reipublicæ, aut bonum cõe, potest in discrimen afferre.

Ad finem huius cap^is observandum erit pro plenã intelligentiã justitiæ legalis: q^d etsi sit proprium illius versari inter rempublicam et civem, aliqua vero pars ipsius: adhuc tamen potest aliq^do intercedere justitia stricta seu specialis commutativa inter cives et communitatem reipublicæ; q^do scilicet civis operatur, comparatur vero ad communitatem reliquam, sive ad reliquum cõitatis reipublicæ non tamquam membrum et pars ad totum cuius est pars; sed tamquam unum membrum aut pars totius communitatis ad alterum membrum ipsius cõitatis. Ut contingit q^do aliquis civis vi alicuius contractus obligat reipublicæ; sive è contra respublica obligat civi. Ut notavit D. Thomas hic q^e 61 art^o 4 ad 3^m. Pr Molina tt 1° disp 12 § illud etiam, Pr Salman lib 1 sect^e 5 tt 1° cap 8° n° 4, Pr Palao de justitiã in cõi disp unicã p^to 3 n° 6. Et ideo dicendum, ut ipsi DD^es notant, de Principe aut gubernatore reipublicæ, qui a tota republicã constituitur, ut illum custodiat, regat et defendat pro pacto sal-tem implicito: q^d tunc intercedit inter reliquum reipublicæ et gubernatorem ipsius: nam respublica illum constituit tamquam custodem sui: sicut si aliquã personã alteram in sui custodem eligeret. Et sic tenet præter citatos Pr Lessius hic lib 2° cap 1 dubio 3 n° 18.

Cap 3

Solvuntur argumenta contra doctrinam 1^i capitis

Primo obiicit contra doctrinam ibi statutam Buridanus 5 ethic. cap 4.

que sequuntur aliqui existimantes justitiam legalem non distingui à collectione omnium virtutum moralium: sed quamlibet virtutem quatenus operatur in ordine ad suum speciale bonum denominari talem, scilicet talem, ut pietatem, aut obedientiam: quatenus vero operatur in ordine ad bonum commune, id est secundum conformitatem ad leges reipublicae denominari justitiam legalem.

Objicitur 1º ex Aristotele 5 Eth. cap. 1, ubi sic inquit Philosophus: hec justitia non est pars virtutis, sed integra virtus. aliquo vero infra idipsum confirmando, videtur se adstruere distinctionem rationis inter virtutem quamlibet ut talis virtus est, et inter ipsam ut justitia legalis est: quatenus justitia legalis est ad alium necessario fertur, nempe ad bonum communitatis; secus, quatenus talis virtus specialis est. Sic enim loquitur: id virtus et justitia hec differunt ex dictis patet. Utraque non eadem est, esse tamen utramque non est idem: nam quatenus ad alterum spectat (ad bonum videlicet communitatis) justitia est: quatenus talis quedam est habitus, virtus simpliciter est.

Respondeo ad 1am auctoritatem Philosophi verum esse justitiam legalem obiective sumptam non esse partem virtutis: sed totam virtutem eo quod justitia hec versetur circa actus omnium virtutum, ut eos dirigat in bonum commune reipublicae: formaliter vero et in se sumptam esse partem virtutis: sicut charitas obiective est plenitudo legis omnisque virtus quia omnes dirigit: secus formaliter et in se. Nec oppositum convincit ex textu Aristotelis = Aliis etiam terminis potest veri distinguendo inter justitiam legalem imperantem et justitiam legalem imperatam: asserendoque imperantem esse specialem quandam virtutem, quod nos hucusque docuimus: imperatam vero esse collectionem virtutum omnium: quia omnes ab illa imperantur, quod loco citato docet Aristoteles. Et huic rendi modo favet D. Thomas q. 58 art. 6 in responsione ad 3um = Ad 2am auctoritatem vero Aristotelis, ibi se indicare, justitiam legalem quatenus est virtus distingui ratione non à se ipsa, quatenus est justitia legalis, quatenus est virtus in ordine ad alterum.

Objicit 2º idem author: relatio operis cuiusvis virtutis, ut temperantiae,

in ordine ad bonum commune pertinet ad esse cuiusvis virtutis: quod ut opus cuiusvis virtutis referatur ad bonum commune reipublicae, non est necessaria justitia legalis essentialiter distincta a reliquis virtutibus. Probat autem Buridanus aliquibus testimoniis. Aristoteles inquam Ethicus tribuit aliquibus virtutibus relationem ad bonum commune. Praecipuum est quod ab illo desumitur ex 4 Ethic. Cap. 6 ubi de magnifico ait: non Magnificus in suum, sed in publicum bonum sumptuosus est.

Respondeo distinguendo antecedens: relatio operis cuiusvis virtutis in ordine ad bonum commune pertinet primario et per se ad esse cuiusvis virtutis, nego antecedens; pertinet saltem secundario et per accidens, omitto seu concedo antecedens. Quia cum perfectio cuiuslibet partis reipublicae, quae fit per quamcumque virtutem secundario resultet in bonum commune totius reipublicae; inde est quod relatio cuiusvis virtutis et actus illius in ordine ad aliquam partem reipublicae et perfectionem illius referatur secundario ad perfectionem et bonum totius reipublicae. Quare ut tale bonum totius primario respiciat, habeatque specialem laudem justitiae legalis, necessaria est aliqua virtus specialis quae per se et primario ad tale bonum commune reliquas virtutes ordinet. Sicut licet ut quaevis virtus aliqualiter respiciat Deum, necessaria non sit charitas, nec directio illius; tamen necessaria est ut primario respiciat et referat ad Deum habeatque specialem laudem charitatis, quacumque actum virtutis ad Deum primario refert. Hinc constat ad Coq, necessarium non esse justitiam legalem, ut opus cuiuslibet virtutis referatur secundario, seu aliquo modo ad bonum commune: tamen necessarium esse ut referatur primario et per se, ut constat ex nostra 2a parte quam desumpsimus ex Divo Thoma. Unde ad praesens antis respondendum est, magnificentiam non per se sed a justitia legali habere relationem primariam et specialem ad bonum reipublicae.

Obijcit 3o: quia si assignanda esset aliqua specialis virtus ad bonum commune reipublicae procurandum eo quod civis sit illius pars; etiam esset assignanda alia specialis virtus ad procurandum bonum commune domus seu familiae cuius paterfamilias, aut quivis domesticus

e pars: atq hanc specialem virtutem nemo admittit: ergo nec illa admittenda e.

Resp. solet 1° cum D. Tha. quem sequuntur com.ter Doctores hic q. 58 art. 7. domesticam multitudinem x.a Aristotele dividi in tres ordinationes, scilicet mariti et uxoris; patris et filij; domini, et servi: ad has v.o ordinationes necessario justitia simpliciter una et specialis: quia bonum commune familiae sufficienter curatur per aliquas quasdam tres virtutes sub, nempe per pietatem, quae e inter patrem et filium, et per duas alias imperfectas species justitiae oeconomicae seu domesticae, quae intercedunt inter maritum et uxorem, dominum et servum. Cum n. his tribus ordinationibus contineatur communitas familiae, et per tres praedictas species virtutis, seu justitiae oeconomicae, praeter tres citatas virtutes non e necessarium addere aliquam justitiam generalem oeconomicam. At cum communitas reipublicae multo latius pateat et bonum commune illius nequeat sufficienter curari per reliquas speciales virtutes idcirco oportuit stabilire generalem justitiam, quae procuret bonum totius reipublicae.

At aliter ego responderem 2°, nec gravarer, sic nec gravor, dicere quamquam justitia oeconomica generalem rationem cuius quaevis persona domus, ut pars e illius, et propter mexum partis ad totum procuret bonum commune domus: quia procurare bonum commune illius propter mexionem partis ad totum ad nullam ex 3bus asignatis virtutibus spectat. Et confirmare possum meam responsionem ex eadem ipsa ratione qua P. Torres disp. 8. dub. 1 n° 10. probat ex D. Tha. et com. Doctorum justitiam generalem distinctam a reliquis virtutibus, quam rationem hic dispono pro presenti sic: e ratio operari propter bonum commune totius domus ob rationem connexionis quam pater familias v. g. habet cum tota domo tamquam pars cum toto, habet specialem difficultatem, specialemque rationem honestatis quae ad nullam ex tribus praedictis virtutibus spectat: ergo actus quo tale bonum ob talem rationem procurat, spectabit ad peculiarem virtutem distinctam a 3bus praedictis, quae quidem sit justitia generalis oeconomica.

Objicit

Objicit 4.° quia ad essentialem rationem cuiuscumque virtutis pertinet, ut in materia propria operetur recte secundum omnes circumstantias, atque etiam propter bonum et honestum finem, cuius generis est in primis commune reipublicae bonum: quia ut ad hunc finem ordinentur omnes actus cuiusque virtutis superfluit justitia legalis dicta et reliquae virtutes. — Respondetur ad essentialem rationem cuiuscumque virtutis solum pertinere quod operetur in materia propria secundum omnes circumstantias omnis sui immediati, et communiter solum secundum circumstantias non excedentes latitudinem laudis sui limitis et finis immediati. Quia autem bonum commune et circumstantiae immediatae et intrinsece pertinentes ad tale bonum et finem excedant latitudinem limitis et finis immediati aliarum virtutum: ideo ut ad tale bonum commune ordinentur actus aliarum virtutum necessaria est justitia legalis dicta a reliquis virtutibus. Et comparari potest ab exemplo charitatis supra posito. — Objicit 5.°:

si ad essentialem rationem cuiuscumque virtutis non pertineret operari propter bonum etiam commune, sequeretur posse virtutibus male operari; quod est omnino falsum: quia nemo potest mala virtute male operari. Sequella probatur: et loquamur exempli gratia de temperantia. Si enim ad temperantiam non pertineat operari secundum circumstantias etiam boni communis, et propter ipsum bonum commune, posset temperantia imperare actum temperatum comestionis, quando tunc quando respublica erat defendenda, quod manifeste est falsum: quia tunc ille actus comestionis vitiosus esset, ergo vitiosus ob defectum solius circumstantiae boni communis: ergo [illegible] ad essentialem etc. — Respondetur negando sequellam. Et ad probationem nego antecedens: quia in eo casu virtus temperantiae non posset imperare actum illum comestionis, eo quod tunc vitiosus est, et contra justitiam legalem et bonum commune. Hinc autem non infertur ad virtutem temperantiae pertinere operari propter bonum commune: sicut ex eo quod temperantia non potest imperari actum temperatum comestionis in illis circumstantiis in quibus cibus est prohibitus in virtute scilicet obedientiae, aut etiam ratione virtutis religionis (ut accideret casu quo talis cibus esset oblatus Diis gentilium) non infertur quod ad temperantiam pertineat essentialiter propter motivum obedientiae, aut religionis operari. —

Objicit 6.° Pater Lessius

A hãc doctrinã supra a nobis impugnata. Justitiæ legalis objectum 2º Adv. est id quod lege sancitum est: sed id ipsum est objectum obedientiæ: ergo justitia legalis non distinguitur ab obedientiâ = Et omissis aliis rationibus minoris momenti, quas pro hâc sententiâ affert Pater Lessius, confirmari potest hæc illius sententia ex Divo Thomâ hîc q. 112 art. 2 in responsione ad 2um, ubi docet quod Epikeia, quæ est quædam species obedientiæ, correspondet propriè justitiæ legali: ergo secundum Divum Thomam justitia legalis non distinguitur ab obedientiâ.

Respondeo ad primum argumentum Patris Lessii negando majorem, si loquamur de objecto adæquato justitiæ legalis: quia objectum adæquatum illius non solum est id quod lege sancitum est, in quo exercetur subditus et civis particularis; sed etiam ipsa sancitio legis in ordine ad bonum commune, quæ est objectum in quo ponendo exercetur Princeps, ut supra diximus. = Adhuc omissa majore, et concessa minore, nego consequentiam: quia etiamsi idem sit objectum materiale utriusque virtutis, nempe obedientiæ et justitiæ legalis: est tamen diversum objectum formale utriusque, et ideo absolutè distinguuntur, ut probavimus Cap. 1º hujus disputationis in refutatione sententiæ ipsius Patris Lessii: distinctio non unius virtutis ab aliâ non petit necessariò distincta objecta materialia, sed formalia: idem enim objectum materiale pietatis aut religionis potest esse objectum materiale obedientiæ: cum ergo obedientia et justitia legalis habeant distincta objecta formalia absolutè erunt distinctæ virtutes, etiamsi objectum materiale utriusque sit idem. =

Ad confirmationem desumptam ex Divo Thomâ respondeo Divum Thomam ibi ad summum docere Epikeiam ex parte objecti correspondere ut partem justitiæ legali quatenus versatur circa objectum materiale partiale justitiæ legalis, nempe circa præcepta. In sensu 2º formali consequentiam distinguendo dico Epikeiam non esse speciem formalem justitiæ legalis negando id a Divo Thoma doceri: quia justitia legalis ut supra diximus a nobis probatum contra Patrem Lessium habet objectum formale adæquatè distinctum ab objecto formali Epikeiæ seu obedientiæ. Caput 4. Solvuntur objecta contra doctrinam Capitis 2.

Cap.

Cap. 4

Solvunt obiecta contra doctrinam Cap. secundi.

Obiicies 1º contra doctrinam ibi statutam: iniustitia opposita iustitiae generali, seu legali convenit univoce cum iniustitia opposita iustitiae speciali et strictae: ergo utraque iustitia talis contrariis iniustitiis opposita convenit univoce inter se. Antecedens probatur ex Aristotele ita docente 5º Ethic. Cap. 2, ubi loquendo de iniustitia legali sic inquit: perspicuum est esse iniustitiam quandam ab illa integra, et universali iniustitia diversam, quae idem nomen obtineat, atque univoca sit, eo quod in eodem genere est definitio: utriusque enim vis in eo consistit, ut ad alterum spectet. Ubi utramque iniustitiam docet convenire in ratione iniustitiae late: et consequenter idem dicendum est de utraque iustitia opposita illis duabus iniustitiis. Nec Aristoteles aliud intendit: siquidem ex eo probat utramque iniustitiam convenire univoce, quia conveniunt in esse ad alterum: quod vero non est nisi iniustitiae strictae, neque strictae iustitiae, sed solum late: siquidem Pietas et Religio sunt ad alterum, et idem dico de impietate, et irreligione: et tamen prima illa virtus non est stricta iustitia, neque hoc secundum vitium est stricta iniustitia. Etenim perfecta et stricta iustitia est ad alterum alteritate perfecta, ut probatur inter extra Alios cum D. Thoma, disp. 1 Cap. 3, § praeterea, et dicetur ulterius ad sequentem obiectionem, quam perfectam alteritatem non affert iustitia legalis, et ideo negatur esse iustitia stricta.

Obiicies 2º: quaelibet diversitas statuum, quae est in civitate, ut miles, mercator et sacerdos habent immediatam relationem ad commune Civitatis, et tamen inter tales statuum et commune Civitatis datur ius, seu iustum simpliciter tale: ergo etiam datur iustitia simpliciter talis. Sed haec iustitia est Legalis: ergo iustitia legalis est simpliciter iustitia, id est iustitia stricta: Maior et minor syllogismi desumuntur ex D. Thoma hic q. 57 art. 4º ad 3, ubi sic inquit: omnes aliae diversitates statuum, quae sunt in civitate habent immediatam relationem ad commune Civitatis, et ad Principem ipsius, et ideo ad eos est iustum secundum perfectam rationem iustitiae. In quo docet coniptoam

distinctum justum legale à justo dominativo, et paterno, ad quæ non datur justum ex perfecta ratione justi simpliciter talis.

D. Thom. eodem art.

tum in Corpore, tum in respons. ad 1um expresse edocuisse ad perfectam justitiam, justumque simpliciter tale requiri perfectam alteritatem personarum. Et defectu illius negavit art. citato in Corpore justitiam simpliciter talem inter patrem et filium, dicens: Patris ad filium non est Comparatio sicut ad simpliciter alterum: et propter hoc non est ibi simpliciter justum, sed quoddam justum. Et q. 58 seq. art. 2o in Corpore inquit: justitia (quæ) propriè dicta requirit diversitatem suppositorum et ideo non est nisi unius hominis ad alium. Atqui hic: inter Civem et rempublicam non cognovit, nec cognoscere potest D. Thomas alteritatem perfectam, seu simpliciter talem; nec etiam diversitatem adæquatam suppositorum qualis datur inter unum hominem et alterum: Ergo quod indicit in respons. ad 3um argumentum non posse dari justitiam simpliciter talem inter Civem aliquem et totam rempublicam cujus pars est aliquo D. Thomas sibi ipsi contrarius esset, si ex una parte requireret ad justitiam perfectam et simpliciter talem perfectam alteritatem: et ex aliâ admitteret aliquod justum simpliciter tale absque tali alteritate perfectâ.

Dicendum est D. Thomam ibi solo intendere inter Civem et Principem à quo adæquatè distinguitur; necnon et inter Civem Communitatis quod reliquis, seu reliquum Communitatis, à quo etiam adæquatè distinguitur Civis, posse dari justitiam simpliciter talem quod nos admittimus x dicta in fine Cap. 2i et hujus generis justitiam diximus dari inter Principem et reliquam reipublicæ quod illum assumit ut Custodem suæ: tum inter milites et reliquam reipublicæ quod illos assumit ad suî defensionem: imprimis inter rempublicam et eos omnes cum quibus respublica aliquid paciscitur nam ad illos se habet Communitas reliqua reipublicæ, ut pars ad partem = Et hoc pacto consideratum jure militari, mercatoris, aut clerici est justitia strictè justum cum republicæ; secus atque jus paternum atque dominativum quod non est strictè justum defectu alteritatis perfectæ. Si verò jus militare mercatoris, aut clerici, consideretur in ordine ad totam rempublicam

cuius miles, mercator, aut clericus pars est, eque deficit a jure stricte justitiae, atque jus paternum et dominativum in sententia D. Thomae — — Imo ex eadem D. Thomae sententia meam confirmo: quia inter patres et filios ut filios non datur perfecta justitia neque jus perfectum defectu alteritatis perfectae: sed inter civem et totam rempublicam, cuius civis pars est, non datur perfecta alteritas, ergo neque perfecta justitia, jusve perfectum. Ex qua doctrina infero aperte falli thomistas plures qui ex Divo Thoma art. 4 citato contendunt dari perfectum justitiae inter civem et totam rempublicam, cuius civis pars est: nam Divus Thomas ibi nihil aliud indicat, nisi quod nos respondimus § praecedente.

Sed obijcit ultimo Bañez q. 58 de jure art. 5. Divus Thomas divisisse tractatum de justitia in duas partes: et in 1.a quae incipit a q. 58 usque ad 79 agere de justitia perfecta seu stricta et in hac agere de justitia legali: et in 2.a parte nempe a q. 80 agere de partibus potentialibus justitiae in hac a nullo modo agere de justitia legali, quod signum est quod justitia legalis in sententia D. Thomae est justitia stricta; et continet partes subjectivas, et non potentialis stricte justitiae = Respondeo specialem difficultatem esse an justitia legalis sit justitia stricta: et ideo merito de tali justitia agit D. Thomas ubi de justitia stricta, non quia judicet illam esse strictam, sed ut ibi inquirat an stricta sit. Disp. 4. Plures casus morales ad justitiam legalem pertinentes discutit. Caput 1. Utrum absque contemptu formali possit dari peccatum contra justitiam legalem.

Disput. 4

Plures casus morales ad justitiam legalem pertinentes discutit.

Cap. 1

Utrum absque contemptu formali possit dari peccatum contra justitiam legalem.

Supposito jam ex disp. praecedenti justitiam legalem esse specialem, quod diversis virtutibus a reliquis moralibus distinguatur, quaerit in praesenti: utrum possit dari peccatum proprium contra justitiam legalem, etiamsi non procedat ex contemptu formali

boni Comis. Sed hoc dubium est extra propositum difficultatis continet: Lum est dari posse peccatum proprium contra justitiam legalem, sive illud sit circunstantia generalis transcendens alia peccata; sive specialis seu specifica aliaque peccata non transcendens: sive itaque tale peccatum sit solo generaliter, et non explicandum in confessione; sive specificum et in confessione explicandum. 2um: utrum contra hanc justitiam possit dari detractae peccatum specificum et in ordine ad confessionem. De 1o puncto agetur in hoc Cap. de 2o in sequente.

P. Torrez disp. 8 de justitia dubio 1o n.o 11 vult ad presens propositum difficultatis non posse dari peccatum contra justitiam legalem absque formali contemptu boni Comis. Et ratio illius est, quia non apparet peculiare jus externum, nec peculiaris materia huius virtutis ac proinde ex sola proprietate vel peculiari materia illius non potest assignari malitia peccati contra hanc virtutem: sed solum ex peculiari respectu contemptus scilicet, ad bonum Comune. Et pro hac sua sententia citat P. Torrez Sotum Valentiam et alios: sed precipuè D. Thomam hic q. 59 art. 1o, ubi dicit esse speciale vitium contra justitiam legalem, in quantum respicit speciale objectum quod contemnit. Et 1a 2e q. 79 art. 2 in corpore, ubi inquit ad proprium rationem transgressionis justitiae legalis pertinere attendere contemptum precepti.

Sed hec rationes P. Torrez nullae mihi sunt. 1a quia falsum est non dari speciale jus, sive speciale debitum pertinens ad justitiam legalem. Nam tale jus et debitum speciale dari probatum a nobis est Cap. 1o precedentis disp.is in 3a parte, qua probavimus hanc justitiam esse specialem virtutem. 2a etiam est nulla: tum quia ut probabimus in responsione ad 2um difficultatis punctum quod discutietur Cap. sequente assignabilis est aliqua specialis materia in qua peccari possit graviter contra hanc solam virtutem justitiae legalis: tum etiam quia si illa non haberet propriam et specialem materiam; adhuc tamen posset contra ipsam formaliter peccari: sicut potest peccari formaliter contra Charitatem aut Obedientiam in materia quae non est propria et specialis harum virtutum. Ut constabit ex probatione nostrae huius 3e.

3a etiam ratio quam desumit adversarius ab autoritate D. Thomae quos pro se affert nulla etiam est: quia immerito citat pro se

Thomas

ty D. Thq. tum reliquos DD.: ut bene observavit P. Lugo hic disp. 1.a n.o 65. Q. isti ad summum negant dari peccatum injustitiae legalis in ordine ad confess., non vero negant dari tale peccatum saltem tamquam circumstantiam communem et genericam transcendentem alia peccata quae contra bonum commune procedunt. Et patet in exemplo quod adducit ipse P. Valentia disp. 3 q. 3 puncto 1.o de peccato contra charitatem, quod est circumstantia et conditio peccaminosa transcendens omnia peccata commissa contra Deum: Et tale peccatum non exerceat in materiam propriam charitatis, nec sit speciale in ordine ad confessionem, nisi forte procedat ex odio, aut contemptu formali Dei. Et dico nisi procedat ex contemptu aut odio Dei, quia si in peccato, quod cumque illud, v.g. contra obedientiam, procederet quis ex odio aut contemptu Dei, ea circumstantia deberet in confessione explicari; secus si tale peccatum non procederet ex odio Dei, aut contemptu, quia cum non peccati contra charitatem, quae ex contemptu aut odio non procedit, sit ratio transcendens omnes differentias peccati; quae aliter differentiis contrahentes eam rationem genericam peccati sufficienter eas explicasse censet.

Neque obstant rationes quae adducunt ex D. Tha. P. Torrez, nam licet verum sit [illegible] et peccatum contra iustitiam legalem desumi ex oppositione cum obiecto illius, nempe cum bono communi, quod contemnit; ut docet 1.a authoritas D. Thae.: et praeterea licet verum sit deberi attendi ad tale bonum, et obiectum contemptum, ut cognoscatur peccatum, et transgressio contra iustitiam legalem, ut docet 2.a authoritas: adhuc tamen non est verum debere attendi ad formalem intentionem contemnendi bonum commune, ut cognoscatur an detur peccatum contra iustitiam legalem, nec hoc docet D. Thas.

Et ratio est, quia aliud est non posse peccari contra aliquam virtutem, etiam contra hanc specialem; nisi virtus et obiectum, aut materia illius contemnatur, quod quidem verum est, et docet S. D. Tha.: et aliud est non posse peccari contra hanc, vel quamlibet aliam virtutem, nisi procedat ex speciali intentione contemnendi virtutem, et obiectum illius: et hoc falsum est et S. D. Tha. non docet. Explicatur ab exemplo: etenim aliud est non posse satisfieri praecepto, nisi praeceptum impleatur: et aliud non posse

impleri preceptum, nisi qs operetur ex formali intentione adimplendi preceptum. 1us n. verum e, 2us e falsum. — Praeterea aliud etiam e peccatorem n. posse peccare, quin contemnat Deum; et aliud n. posse peccare quin operetur ex formali intentione contemnendi Deum. 2us n. falsum e, 1us a verum, iuxta illud D. Greg. homilia 13 in Evang. ait n. loquens de peccatore iudicando a Deo: quem contempsisse se meminit, iudicem formidat. Certum a e non omnes peccatores in peccato suo agere contra Deum ex contemptu formali, sive ex intentione formali contemnendi Deum. Unde patet sufficiens ad auctoritates, quas ex D. Thoma affert Forrez.

Propterea asserendum e cum P. Lugo loco citato posse dari peccatum contra iustitiam Legalem (quidquid sit an illud sit circumstantia generalis vel specialis) quin tale peccatum procedat ex contemptu formali boni communis, vel quin exerceat in speciali aliquam materiam propriam huius iustitiae. Ita: quod ut qs peccet contra charitatem eo saltem genere malitiae generalis, et transcendentis alias species peccati sibi subordinatas, necessarium non e quod qs peccet ex formali odio aut contemptu Dei, neque in speciali aliqua materia charitatis (nempe in materia, quae ita sit propria charitatis, ut non pertineat ad aliam virtutem) quod similiter ut qs peccet contra iustitiam Legalem, eo saltem genere malitiae generalis et transcendentis, necessarium n. erit, quod peccet ex odio, aut contemptu formali boni communis, neque in speciali aliqua materia iustitiae Legalis. Et infra probaturi sumus in resolutione 3 [illegible] difficultatis, etiam in materia speciali posse graviter peccari contra hanc iustitiam.

Praeterea ut quis etiam in materia religionis possit peccare possit formaliter contra Obedientiam necessarium non e quod qs peccet ex contemptu formali Obedientiae, neque in materia speciali illius (hoc e, quae taliter sit propria Obedientiae ut ad aliam virtutem n. spectet) sed sufficit quod qs in ea materia religionis delinquat quoad illud tenebatur ex precepto obligante ratione motivi proprii Obedientiae. Ut contingeret casu quo praeter preceptum audiendi sacrum obligante ex motivo religionis, daretur simul preceptum audiendi sacrum obligans ex motivo Obedientiae, eo quod superiori

in

in virte Obedie id precepisset. Cō. filie ut qs peccet in mattā
lg. precepti n. occidendi, cᵃ justiā legale, nesariy n.e. qd occidat
ex contemptu frali boni cois, aut legalis iustie; sed satis e. si occidat
q. n. so. vᵉ iustie specialis et iuris illius, sed etiā vᵉ iustie lega-
lis, et obli fralis illius tenet n. occidere: sive talis malitia
cᵃ iustiā legale sit circumstantia nesario fatenda, sive n.

Caput 3

= V. absq. frali contemptu posit dari peccatu speciale seu =
= in ordine ad ofes cᵃ iustiā legale. =

Ad hoc punctu dixi, qd e. 2ᵘˢ in titulatu Cap. precedente, resp.
afirmative. Assero qᵒ dari pote cᵃ iustiā legale peccatu pprium
et specificu in ofes aperiendu, qqvis scilet n. pcedat ex contemptu
frali boni cois. Tale qᵒ iudico dari in eo casu, qᵉ in Cap. 1. pre-
cedentis dispᵘ proposuimus ex Pᵉ Lessio § mir expresse tradit a
Pᵉ Lessio, qᵉ scilet qs negligeret bonu Coe reipublice in periculo
versantis, cu illi poet facile subvenire suo cōsilio, re familiari
s. aliquo alio iuvamine.

= Et roe: q. st qs peccaret peccato speciali
et in ofes aperiendo, cᵃ misericordie scilet aut charites cuilibet
pxo debitā si relinqueret pxu periclitari, q. illu facile iuvare
poet; et st peccaret etiā cᵃ pietatis debitā parentibus aut Patrie
peccato nempe specifico et in ofes explando, si illos periclitari pmit-
teret, q. illos facile iuvare poet: sic silit peccaret peccato spe-
ciali et in ofes aperiendo cᵃ iustiā legale debitā reipublice cuius qs
e pars, si illā illiusve bonu Coe periclitari pmitteret, q. illā faci-
le poet iuvare suo cōsilio etc. = Imo et si n. eet facile illā iuva-
re, sed etiā cu aliquo discrimine sui, aliqn adid teneret: q. ut suprā
dicebamus Cap. 1ᵒ precedtis dispᵘ § Reijcit 2ᵃ, bonu coe prepondera-
rare debet bono privato, etiā pprio, ceteris paribus = Unde infert
a fortiori peccare cᵃ hanc iustiā q. cōsilio fraudulento aut alio modo positivo

aut pnicię aut grave periculũ deduceret suã rempub.: Et peccaret 9ª pietatẽ debitã parentibus, q̃ filiꝰ cõsilio aut mõo illos ad pniciem traheret.

Igitur pro hâc nrâ sentiâ stat Pr. Lugo disp. 1. nº 13. siquidẽ admittit pôe peccari 9ª hanc justitiã rõe matrię in quâ versatur, peccato videlicet specifico, etiã si n̄ pcedat ex 9temptu frali. Stat etiã pro eâ Pr. Matheus de Moya in qq. selectis ttº 3 de sacramtis penitẽtię disp. 3. q. 3. Cap. et § 1º à nº 7º. ubi docet furtũ quo qs furaretur Centũ v.g. regales, quolibet â quolibet eẽ peccatũ 9ª justitiã legalẽ. Et in fine huius §i notat, in eo furto dari 2s maliciã moralẽ: aliã 9ª justiam 9mutativã, quâ furans ofendit quolibet hoĩẽ damnificatũ in furto damno levi: aliã 9ª justitiã legalẽ quâ ofendit totã rempublicã, et quidẽ graviter: q̃ utramque maliciã docet nº 13 huius Capitis eẽ in 9fes aperiendã. Hanc q. suã doctrinã pbare 9tendit nº 3 Capitis citati ex Pr. Lessio, Pr. Obiedo et Joanne de la Cruz. = Sed de hâc Pris. Moya doctrâ Cap. seqte disputabimus.

Igitur statuto iam pôe peccari 9ª justitiã legalẽ peccato specifico et aperiendo in 9fessiõe: rogatur nũc ad plenã intelligentiã huius qnis an hęc justia heat materiã sibi ppriã, in quâ pôit 9ª ipsã peccari. Pr. Lugo loco pxe citato afirmat, cuius sentiã citari solet ad aliqq. Salon et Aragon. Cõit trn DDes negant. Et nrã Cõis sentiã est: q̃ª justitia legalis versatur in matrĩa oĩũ virtutũ, dirigendo actus et materiã eãrũ in ordine ad bonũ cõe: cũ aũ matra aliarũ virtutũ n̄ pôit eẽ ppria huius virtis, q. n̄ pôte eẽ ppria matra unius virtis que ẽ cõis illi cũ aliis: inde ẽ q̃ hęc virtus, nempe justitia legalis, n̄ heat matrĩã sibi ppriã in quâ 9ª ipsã peccari pôit.

Sed hęc rõ mihi n̄ oĩnò placet: q̃ª ad hoc, ut aliqua matra dicatur ppria unius virtis, v.g. justitię legalis, n̄ necessariũ qd in se et matlr. 9siderata n̄ pôit eẽ matra alterius virtutis; sed sufficit ;i sub eâ rõe frali, sub quâ respicit ad hâc virt.

n respiciat, nec respi pot ab ulla alia. Ly a est matra alia
ny virtus sub illa roe frali, sub qua respicit a justia legali,
nec respiciat, nec respici pot ab ulla alia virte, nempe sub
roe frali ordinabilis ad bonu coe reipub. cuius qs e pars: inde
e qd ois ea matra, que matralit sumpta e matra aliaru virtus
sub tali roe considerata sit matra ppria justie legalis: et sic
pot dici qd justia legalis het matiq sibi ppriq in qua versetur.
= Assumptus

huius nri discursus in quo tota e difficultas pr a me varijs exemplis.
Et ad id suppo ex Do Tha et com. Dds justie specialis et comuta-
tiva here matiq specialq et sibi ppriq: ea qd tamqz in matra
ppria exercetur, qdo debitor solvit creditori debitu unius aurei
vg: q ea exhibitio externa unius auri e matra ppria justie
comutative.

Hoc supposito pr 1o exemplo matre pprie justie comuta-
tive, nempe exhibitionis unius aurei: q exhibitio externa
unius aurei matralit considerata pote ee matra justie comu-
tative ut dictu e: et preter distributive, si in distribue bonoru com.
exerceat: insuper pote ee matra misericordie aut charitatis si
exerceat ob miseria pauperis extranei sublevandq: et ulterius
matra pietatis, si exerceat ne parentis necessitas patientis et sic
de alijs: q ut ea exhibitio unius aurei sit matra ppria ne
justie comutative n e nesariu qd matralit considerata n pot ee
matra alterius virtutis q ut sit matra ppria illius sufficit qd consi-
derata sub ea roe frali, sive sub ea ordinabilite sub qua res-
picit a justia comutativa, nec respiciat, nec respi pot ab alia
virte. Similit ut matra quecumqz virtuosa dici pot ppria justie
legalis n e nesariu qd matralit considerata sit ppria illius sed
sufficit etc.

Probari pote alio exemplo matre pprie Grammatice vg.
Nq voces et qd oes orationes dicunt matra ppria Grammatice; nq voces

naturalis desideratur in ponente materia alterius facultatis (neque potest esse materia Prosodiæ, Rhetoricæ et logicæ) sed quia subest rone formali ordinabilis ad orationem grammaticalem construendam, nec respiciunt nec respici potest ab alia facultate: sic sufficit ut aliqua materia dicatur materia propria alicuius virtutis non obstabit quod possit deservire alteri virtuti; sed sufficiet si sub ea rone formali et ordinabilitatis sub qua respicitur a tali virtute nec respiciat, nec respici possit ab alia. Quæ quæcumque actio aut res quæcumque potens deservire in ordine ad bonum commune reipublicæ cuius quis est pars, dicatur materia propria justitiæ legalis non obstabit quod talis res aut actio possit deservire ut materia alteri virtuti sed sufficiet si sub ea rone formali et ordinabilitatis ad bonum commune reipublicæ cuius quis est pars, et quæ nexum habet cum illa tamquam pars cum toto nec respiciat, nec respici possit ab alia etc.

Caput 3

Quæritur, an peccet graviter contra justitiam legalem auferendo per minutas quantitates a pluribus quantitatem gravem?

Fundatur quæstio per sententiam affirmativam etc.

Occasione doctrinæ quam ex Patre Moya proposuimus cap. precedente de furto gravi contra solam justitiam legalem, examinandus est nobis casus presens.

Videlicet quod centum, ducentos, aut mille regales v.g. furaretur a totidem civibus suæ reipublicæ, singulos a singulis, nulli illorum inferendo grave damnum, peccaret graviter contra justitiam legalem. In quo presenti casu communis est doctorum sententia affirmans eiusmodi hominem peccare contra justitiam legalem, et quidem peccato gravi furti, quam sententiam tenet citatus Pater Moya loco allegato cap. precedente cum Patre Lessio lib. 2 de justitia cap. 12 dubio 1 Pater Oviedo 2a 2æ tr. 6 de peccatis contra 7um punctum 6 nº 97 Joanne de la Cruz in directorio 2a parte precepto 7 quæstione 2a de furto dubio 2 concl. 3. Quod non peccatum hoc grave sit contra justitiam legalem expresse ibidem affirmat ipse Moya; et videtur apte docere idipsum

P.es Lessius, et Oviedo, quatenus docent eiusmodi peccatum grave esse, contra rempub. et bonum commune illius.

Probatur prima pars huius sententiae, quod videlicet eiusmodi furtum sit peccatum grave, probat 1.o P.r Lessius: quia alioquin non peccarent mortifere qui utuntur ponderibus, vel mensuris iusto minoribus, quod videtur esse contra illud Proverbiorum 11. statera dolosa abominatio est apud Deum. Et illud Deuteronomii 25. non habebis in sacculo diversa pondera maius et minus etc. Abominatur enim Deus eum qui facit hoc. Probat idem author 2.o: quia opposita sententia praebet occasionem hominibus, ut ex alieno ditescere studeant. Probat 3.o Joannes de Sa Cruz: quia quamvis per tale furtum quilibet eorum hominum sit parum laesus: tamen ipse fur habet in suis bonis plus notabiliter, quam habere debet: quod cavet a virtute iustitiae quae mandat aequalitatem servare.

Probatur pars 2.a, quod videlicet eiusmodi grave peccatum sit contra rempub. aut legalem iustitiam, probat idem Lessius: quia tale furtum, etsi non cuiuslibet particularis non sit grave damnum, est tamen grave communitatis illius reipub.: quia tali summa poterat respub. aliquem notabiliter iuvare, vel aliquod grave debitum solvere. Ob hanc enim rationem iudicatur grave damnum in regis furtum duorum aureorum v.g.

Probat eandem partem 2.o P.r Moya: quia tale furtum est grave secundum contra iustitiam commutativam (neque etiam contra distributivam) ergo contra legalem. Minor quoad 2.m partem ex omnibus supponitur. Probatur 1.a quoad 1.m partem ex P.e Vazquez, et ex communi D.D. doctr. opusculo de restitutione cap. 9 ad peccandum mortaliter contra iustitiam commutativam necessarium esse quod alicui fiat iniuria gravis, et grave patiatur damnum: quod non accidit in casu posito. Probatur quoad eandem partem 2.o: quia negari nequit quod sit contra commune bonum, et rectam reipub. administrationem, quod homines sine rationabili titulo ditescant, et quantitates alienas sine titulo usurpent. Alioquin daretur occasio latrociniis, miseri enim homines labori incumbere nollent, sed modicas quantitates auferendo, vitam degere curarent, quod maxime adversatur reipub. bono: ergo etc.

Sed his non, tamen quae ...

ipse p. sententiae contrarii probant, non videntur mihi valde efficaces ad sententiam probandam. = Neque ad textus quos adducit P. Lessius ex auctoritate sacrae scripturae, verum potest primo textus abominatio Dei, et abominatur Deus non semper in sacra pagina denotare maliciam gravem ex parte objecti abominati. Ut constat ex illo psal. 5 virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus, ubi nomine viri dolosi intelligunt D. Augustinus et alii super hunc locum hominem mendacem, mendacium autem non nisi aliud caput maliciae adiungat ut iuramenti, aut gravis proximi damni, non est malicia gravis: ergo abominatio qua Deus abominatur aliquid non semper supponit ex parte objecti abominati ex mente loquentis scripturae maliciam gravem: ergo authoritates quas adducit Lessius non convincunt dari maliciam gravem in quacumque mensura et pondere doloso, nisi dolositati ponderis et mensurae de qua noster casus alia malicia gravis adiungatur, ut putamus damni gravis alterius

Adde, saepe in Sacra Scriptura dari transgressionem quae facie denotare videntur maliciam gravem alicuius objecti, quae tamen denotant, si locutio scripturae intimius attendatur. Dicitur enim eodem psalmo 5° perdes omnes qui loquuntur mendacium; et Sap. c. 1° os quod mentitur occidit animam. Cumque ita sit, quod proditio et mors animae non sit nisi peccatum mortale: ergo tamen authoritates non ita sunt intelligendae ut denotent maliciam peccati mortalis in mendacio secundum se attento, et cui non adiungitur alia malicia, ut malicia iuramenti, aut gravis damni proximi.

Verum potest dici dolositas ponderis seu mensurae potest exerceri diversis modis: primo quoad partes et in minutis sic quantitatibus ita quod a quolibet illorum nec auferat, nec auferri intendat nisi parvitas aliqua. = 2° quoad unum, aut partes etiam sed in materia gravi non cuiuslibet: in materia imo gravi sive ablata in re, sive in intentione auferenda pro una aut pro pluribus vicibus. Et hoc notato potest dici abominationes Dei quatenus fertur ad pondus dolosum 1ª dolositate non esse abominationes graves, sed leves. Secus est gravis quatenus fertur ad pondus dolosum 2ª dolositate. Ratio est: quia Deus sic graviter abominatur dolositatem quae cedit in grave praeiudicium aut iniuriam alicuius &c.: ut diximus etiam de mendacio non iurato

Cum autem ut. rebus ad probandum primum presentis casus praedictum furtum et dolositas ponderis non sit in praejudicium grave alicuius tertii, etiam reipub.; videtur Deum ergo non abominare graviter, nec grave peccatum futurum si ponderis aut mensurae dolositas ita procedat quae paravit de quo loquimur presens casus.

Secunda vero eiusdem doctoris non videtur convincens: quoniam cum opinio negans gravitatem malitiae in praedicto furto non excusat tale furtum ab omni peccato, quia docet esse saltem peccatum veniale, ideo absolute non tribuit occasionem praedicto generi furti neque ut illo homines ditescere studeant. Adhuc tamen aliter videtur praedictae rationi: nempe eiusmodi genus inveniendi posse obiici omnibus sententiis mitiori aut laxiori, cuius generis dantur plures etiam in materiis gravibus, ut sacramentorum etc. Cum autem eiusmodi genus inveniendi nullum existimet in aliis materiis, si opinio mitior aut laxior solidis fundatis fundetur, et strictior non adeo solidis: idem hic dicendum erit. Fundamenta autem tam pro stricta quam pro laxiori sententia circa materiam presentem nos proponemus; alii judicent.

Neque item tertia ratio Joannis de la Crux videtur solida: quoniam cum justitia sit ad alterum, sive perfecta sive imperfecta alterius, quod curat sub obligatione gravi est, non quod fur non habeat in suis bonis plus notabiliter quam habere debet abstrahendo a gravi Levi aut injuria alterius; sed solum respective ad talem injuriam aut praejudicium alterius. In casu vero de quo loquimur, etsi fur habeat plus notabiliter quam debet habere, id tamen non videtur habere cum gravi praejudicio aut injuria alterius. Ut constabit ex mox dicendis.

Pro probatione secundae partis, quam adducit Lessius non est urgens: non enim per illud furtum esse grave in modum non reipub.: quia quod affert ad id probandum, nempe quod tali summa poterat respub. aliquem notabiliter juvare, aut aliquod debitum solvere, ni fallor aperte falsum: quia talis summa non est de bonis propriis reipub. aut ipsi appropriatis, sed de bonis propriis particularium: respub. autem non potest ex bonis propriis particularium aliquem juvare aut sua debita solvere, nisi in

necessit. ipsius reipub. quia ad talia bona non habet respub. jus jus-titiae; neque illis potest uti in proprijs commodis aut in aliquibus usibus, nisi in urgentissimae necessitatis, ut constat ex dictis a nobis disp. 1a Cap. 3o.

Nec paritas de furto contra regem urget: quia in hoc furto aufertur a rege quod est proprium regis; in furto quod de quo nos loquimur non aufertur a respub. quod est proprium reipub. = Imo paritas urget a contrario pro nobis: quia sicut furtum de quo loquimur non est contra regem, quia talis summa non est appropriata regi; sic non est contra rempub. quia non est appropriata reipub.. Nec respub potest summa illius furti uti potiori titulo quam potest rex in ordine ad sua debita solvenda, aut alterius necessitatis levandae. Atque si aliquid probaret paritas ad summum, est quod sicut est grave incommodum regis furari de bonis proprijs illius duos aureos aut argenteos, quia tali summa poterat rex aliquod debitum grave solvere, aut aliquam gravem necessitatem levare: sic erit grave incommodum reipub. totidem aureos seu argenteos furari de bonis proprijs reipub., aut illi perfecte appropriatis: quia tali summa poterat respub praestare idem quod poterat rex.

Ad 2um pro eiusdem pro que ex Lo Nova desumitur, respondetur facile posse negari maiorem: quia cum furtum sit acceptio rei alienae invito domino: furtum grave communiter erit acceptio rei alienae invito domino graviter, sive in materia gravi: sed in casu nostri furti nullus dominus est invitus graviter, sive in materia gravi: ergo in casu nostri furti non datur furtum grave: ergo tale furtum grave non est. Probatur minor: quia si in eo casu aliquis dominus esset invitus graviter, sive in materia gravi; seu talis dominus esset aliquis partialis ex damnificatis; seu esset caput totius reipub: sed in praedicto casu nullus illorum est invitus graviter, sive in materia gravi: ergo. Probatur minor quoad 1am partem: quia in eo casu nullus partialis est dominus alicuius materiae gravis ablatae per tale furtum, quia a nullo illorum aufertur nisi materia levis: ergo in praedicto casu nullus partialis dominus est invitus graviter, sive in materia gravi. Probatur quoad 2am partem: quia caput totius reipublicae

nē dnus alicuius quant.is sive gravis, sive levis ablat. ꝑ tale furtum: ꝙ in prædicto casu cœtus totius reipub. nō dnus invitus gravit, sive in matriā gravi ꝑ tale furtum. Ꝙ qd nē dnus, nē dnus graviter aut levit invitus. Probō ant.: ꝙ ea quantitas nū reipub. bē neq. sua, ut certum ē, neq. ad illā ꝑtinet: non n. ē illi appriata, neqꝫ eā pote uti ꝓ suo libito in ꝓprium commodum, nisi in necessit. Hē autem re aliquā uti in sola necessitate nē ēē dnum talis rei, ut sæpe repetitum ē: ꝙ quilibet pote in gravi necessit. uti re alienā cuius nē dnus.

Ex quā doctrā aliquā nr̄i observabis cur eiusmi furtum nequeat ēē contra rempub. Et ea est: ꝙ cum furtum fralit. et ex suā nē sit injuria seu injustia contra jus dnij rei ablatæ: et furtum aut injuria n. possit comitti contra jus dnij alterius, si alter jus dnij n. hēt ad rē ablatā, ut re verā tale jus dnij n. hēt respub. ad qqtitatem ablatam ꝑ furtum de quo loqmur: inde ē qd furtum et injuria de qq loqmur n. pot ēē contra rempub, nec jus dnij illius.

3a et ultima probāe eiusdē pris allata ab ipso Dre Moya n. videt etiā convincere; ꝙ etiā fatemur eam usurpatiōem bonorum et munij discendi sine titulo valid. ꝑ furtum de quo loqmur, ēē contra rectam administrationem reipub.: n. tn inde infert eā usurpatiōem et munij discendi ēē furtum in genere furti appriē justiæ legalis, aut reipub. ipsi, ut intendit Dr Moya. Et rō nrā est desumpta ex dictis: nempe ꝙ furtum, ut tale ē ablatio quā ab aliquo aufert qd suum ē: et præterea ē injuria contra jus dnij qd alter hēt ad rē ablatā: ꝑ illā aūt ablatam de quā nobis ē sermo, n. aufert a repub. qd suum ē: neqꝫ ꝑ illā fit injuria contra jus dnij qd respub. hēat ad rē ablatam: siquidē nullum jus dnij ad illam hēt, ut mult. sæpe dictum.

Præterea etiā si ea usurpatio et mūs discendi sine valid. titulo sit contra rectam reipub. administrationem, n. infert illā ēē culpā gravem contra rempub, aut legalem justiam. Et hoc qdē pluribus de causis — 1a. ꝙ qd ē contra leges reipub, ē contra rectam reipub. administrationem

que in observat. Legis illius ... et tn ut tenet plurimorum sententia leges civiles reipub sive penales sint, sive mixte, non obligant sub mortali, ut videri potest apud Diana thom 1 p. 1 tt de legibus. ... resolut. 17 usque ad 20. Machado thomo 1 lib 3 p. 4 tt 4 docum. 6 et 7.

2a: q in tm credit aliquid esse gravis contra rempub, justitiamque legale, in quo affert aliquod grave damnum bono com. reipub: q bonum hoc non videtur gravis lædi nisi per grave aliquod damnum: ablatio a [...] centum regalium vel a totidem civibus p[ro] se loquendo et nullo alio damnio hujus addito, aut subsequuto non videtur afferre grave damnum contra bonum com. reipub: q ... talis boni, nisi me fallor, conducit quod centum illi regales ablati per furtum de quo loquimur sint in centum civibus a quibus auferuntur, vel sint in cive auferente: sicut ... boni totius domus et Patrisfamilias nil conducit quod centum regales quos habet sint potius in hac arcâ, quam in alterâ arcâ ipsius.

3a ... pariter: q mus ditescendi per ludum cartarum, aut thesserarum q ludus excedit [...] quantitatem duorum regalium argenteorum, est mus ditescendi sine ... titulo: q quod leges violat, sine ... titulo fit: is [...] mus ditescendi apud Hispanos leges violat, sitque contra leges Hispaniæ latas, ut constat ex legibus novæ recollectionis, quas affert Pr Molina disp. 521 de justitiâ ... § 1: ergo is mus ditescendi sine ... titulo fit. Et tn is mus ditescendi aut ludendi non est peccatum mortale (nisi aliud caput maliciæ, ut doli gravis, aut ... circunstantiæ adiungat) ut preter reliquos qui in genere hucusque docuerunt leges civiles non obligare ad mortale, expresse et loquendo de hâc materiâ id tenet Pr Molina disp. 521 initio: ergo ex eo precise quod mus ditescendi per furtum de quo loquitur sit mus ditescendi sine ... titulo, et contra rectam reipub administrationem, non infertur illud esse peccatum grave. Ergo ... a priori est q non quod quod fit sine ... titulo est mortale

q deficienti alia gravi damno reipub. illato pro tale furtum is mus furandi et decipiendi non erit peccatum grave contra rempub. et legalem justitiam.

Ex quibus facile potest inferri contra Fratrem Lud. de Atragon 2a 2ae q. 66 art. 6 ad finem hoc genus furti non esse gravem injuriam, grave quod nocumentum contra genus humanum. — Quia sicut non irrogatur talis injuria et nocumentum grave generi humano ex eo quod quis abs- que labore et industria omnino licita, sed potius per ludum carthanum prohibitum vivat laute absque peccato mortali, et obligatione gravi restitutionis, sic similiter talis injuria et nocumentum grave non inferet generi humano ex eo quod quis sine labore et industria licita aufe- rendo per minuta furta leves quantitates a diversis dominis vivat laute etc.

Ad id quod ulterius addit ipse Moya in praedictis hujus sententiae tamquam absurdum ... illatum ex opposita, nimirum quod si admittatur non esse peccatum grave furtum de quo loquimur dabitur occasio latrociniis: Et praesertim quod miseri homines labori incumbere nollent, sed mo- dicas quantitates auferendo vitam degere curabunt: aut ex adver- sa sententia non infert, aut nullum est tale absurdum. Propterea facile res- ponsio. Ad 1um non absurdi caput iam supra sufficiens responsum meum respon- sum ad 2um nostrum Card. Lessii § 2o nostro Cui responsioni addo quod sinone la- trocinium cui vult Moya dari occasionem in opposita sententia intelligat latrocinium aut furtum grave, ut videtur intelligere: falsum est eiusmodi illatum: quia sicut in aliis materiis quae docet aliquid esse materiam parvam non dat occasionem ut in tali materia committatur peccatum grave: sic in praesenti materia quae docet materiam minimi furti esse materiam parvam furti, non dat occa- sionem ut in materia furti committatur peccatum grave.

Quoad 2um caput absurdi nullum etiam est: quia ex eo quod homines miseri nollent labori incumbere, sed suam vitam degere auferendo eas parvas quantitates a diversis civibus non infert illos peccare graviter peccato furti contra rempub. ut dicit adversarius:

q̃ ad id - f. regrebat ut sup.ª c.ª eand. dicebamus qd reipub. inferret grave damnũ in bonis proprijs ipsius; id ã q tale furtũ ñ inferri cstat ex dictis § Nec paritas: s. dales qd tales hões denegarent reipub. operã et laborẽ quẽ ipsi debebant: miseri ã hões ex eo precise qd tales sint ñ debent reipub. suũ laborẽ et operã, sẽ ex eo precise qd nollent labori incumbere, sed suã vitã degere mõ furto predicto. aut mõ alio sibi, ñ infert eos peccare peccato gravi furti c.ª rempub. aut justiã legalẽ ut Aloya ostendit..

Caput 4

Fundata propositione negativâ in q. precedenti, ponitur, nunc q. mentẽ exprimit.

Rejectis rõibus qb. probari solet pars affirmativa predictũ furtũ quo parvitates ã diversis auferunt eẽ mortale ergo c.ª justiã legalẽ, ut ostendunt Lessius, Obicdo et Aloya adhuc potẽ directẽ probari pluribus rõibus pars negans furtũ de quo loqmur eẽ mortale..

Probatur 1.º rõe negativâ, quẽ cstitit in solutione fundatorũ qb. sententia affirmativa nititur. Hec ã probão sic infra potẽ disponi: nulla malicia, nullaq. obligão admittenda ẽ in actione humanâ, quẽ ñ ostendatur aut probetur: sed in actione humanâ furantis predictas parvitates singulas ã singulis nec ostendit, nec probatur malicia et obligatio gravis: q. in tali actione ñ ẽ admittenda malicia, s. obligão gravis. Maior probatur: sufficienter solutione datâ arguti. oppositi. Nq. ex tali solutione cstat ab adversarijs ñ probari sufficienter, et irrefragabiliter sententia oppõ. Maior ã ẽ ipsorũ in materia morali: q.ª lỹ malicia et obligão sit res odiosa respectu libertatis probanda et ostendenda ẽ, ut obliget voluntatẽ ad eã maliciã fugiendũ, aut ad eã obligationem adimplendũ. Alioq. si ñ ostendat sed relinquat in dubio, semp prehemit jus q. libertatis: q.ª in dubio precepti et obligationis melior ẽ cdicio libertatis, ut faciat voluntas qdqd sibi placuerit. =

Pr. 2º eadem sententia probatur a priori: quia furtum grave est acceptio rei alienae invito domino in materia gravi: sed furtum praedictum non est acceptio rei alienae invito aliquo domino in materia gravi: ergo furtum praedictum non est furtum grave, seu grave peccatum. Utraque propositio plene supposita et probata manet cap. praecedente § ad 2 p. eiusdem prob. sis recolle.

Pr. 3º a posteriori: quia tantum hoc furtum esset peccatum grave furti contra rempub. et justitiam legalem, quatenus inferret grave damnum reipub.: sed hoc furtum non infert grave damnum reipub.: ergo non est peccatum grave furti contra rempub. et justitiam legalem. Minor statuta manet cap. praecedente tum aliis in locis, tum praecipue § 2º quia initium credit.
Pr. 4º maior tum contra PP. Lessium qui contra Moya et reliquos: qui ex eo probant praedictum furtum esse peccatum grave contra rempub. aut legalem justitiam, quia dicunt illud esse in grave damnum reipub., ut constat ex verbis eorum capite praecedente relatis: ergo tantum hoc furtum esset peccatum grave etc.

Pr. specialiter contra PP. Moya praedicta maior: quia ex doctrina Pris. Vazquez, quem dicit esse com., docet loco a nobis supra citato initio Capitis praecedentis, ad peccandum mortaliter contra justitiam commutativam necessarium esse ut alicui fiat injuria gravis, et grave patiatur damnum: unde sic arguitur, et probatur praedicta maior: tantum furtum aliquod est grave contra justitiam commutativam, quatenus alicui particulari infert injuriam gravem, grave que damnum: ergo similiter tantum furtum de quo loquimur, aut aliud simile esset peccatum grave contra rempub. et justitiam legalem quatenus inferret gravem injuriam et damnum reipub. Nam cur ad furtum grave contra justitiam particularem requiratur quod grave damnum inferat bono particulari, cui opponitur, et ad furtum grave contra justitiam generalem non requiratur quod grave damnum inferat bono com. cui adversatur.

Pr. 4º a paritate 2ª. Sit 1ª paritas: quia non est furtum grave contra particularem civem, quamvis quod justitia particulari commutativae quod fieret de bonis communibus reipub; ergo tale furtum aliqualiter respiceret in quavis

parlare, partaris quod boni; quantum mali aut boni totius resultat aliqualiter in suas partes, quia sibi non erit furtum grave contra totam rempub. oppositum quod justitiae generali, quod fieret de bonis partaribus aliquorum civium quia etiam si tale furtum aliqualiter resultaret in totam rempub. bonum quod ipsius, quantum boni et mali cuiusvis partis resultat aliqualiter in totum cuius est pars. Ans. quia alioquin civis partaris ut talis posset petere restitutionem sibi fieri de damno illato bono com. per tale furtum.

2a paritas sit, quod desumo ex doctrina de lignatione quod infra tradam ex sententia P. Thomae Sanchez lib. 1 Moralium cap. 5 n° 25, nempe posse civem scindere singulis diebus de sylva com. (quae non sit nimium parva) unam sarcinam lignorum in suos usus, aut etiam ut illa vendat et inde sibi alimenta compareret dummodo non scindat arbores, sed ramos, ut docet ipse n° 24. Unde sic arguitur magis spectant ad rempub. talia ligna, quam spectant ad illam centum illi aut ducenti regales ablati per furtum a totidem de civibus: et tamen ablatio illorum lignorum per singulos dies repetita non reputatur grave furtum, aut grave peccatum contra rempub. (quia neque ablatio centum aut ducentorum regalium a totidem civibus reputari debebit furtum grave aut grave peccatum contra ipsam rempub. Et confirmo ex eo quod tradit Bañez

Et confirmo ex eo quod tradit Bañez q. 62 de jure art. 8° dubit. 4 in respons. ad 2um et 3um argumentum, ubi tradens rationem cur lignatio de sylva com. reipub. aut de sylva alicui particulari a repub. donata non sit furtum, praecipue grave neque ad restitutionem obligans, ut infra dicenda: inquit eiusmodi lignationem ideo non esse furtum, praecipue grave, contra rempub: quia tales sylvae, lignaque ablata, non sunt perfecte appropriata subiecta reipub. aut praedicto domino cui respub. sylvam donavit. Unde sic arguitur: ideo eiusmodi ablatio lignorum de sylva com. non est furtum, praecipue grave, contra rempub, quia ligna ablata non sunt perfecte appropriata reipub. Sed quantitas pecuniae ablata per furtum de quo loquimur (sive ea sit quantitas in se parva, sive magna) non est perfecte appropriata reipub.,

Utic

ut certum est: quia de eo non potest respublica disponere absque necessitate, ut ex supra dictis etc. quod ablatio talis quantitatis pecuniae sive ea quantitas parva sit, sive magna in se, non est furtum, praecipue grave contra rempublicam. Quoniam vero demum

eadem negativa sententia fundatur, quod alii tetigere in hac materia. Omne furtum ut grave sit debet inferre grave damnum alicui: sed furtum de quo loquimur nulli infert grave damnum: ergo furtum de quo loquimur non est grave. Maiorem probare possumus ex nostris principiis: quia omne furtum contra iustitiam commutativam, et contra legalem: sed tum furtum contra iustitiam commutativam, quod contra legalem debet inferre alicui grave damnum: ergo omne furtum etc. Maior videtur certa, quod si dicas dari posse furtum contra iustitiam distributivam eadem ratione qua supra in probatione quia probavimus furtum contra iustitiam legalem ut grave sit debere inferre grave damnum probare possumus furtum contra iustitiam distributivam debere inferre tale damnum. Minor a me probata eadem quaestione probatione citata. Minor vero totius discursus facile probatur ex doctrina a nobis supra tradita: quia tale furtum neque infert damnum grave alicui particulari ut ab omnibus supponitur: neque toti reipublicae, ut frequenter probatum est capite praecedente signato 2 quia in tum: ergo nulli infert grave damnum.

Et quidem hoc solo ultimo argumento, quod alii tetigere, adeo efficax visum est Angelo in Morali. Cap. 9, ut testantur Lesius et Moya in tum. i. selectis tt. 3 de sacramentis disp. 3. q. 3 cap. 1 n.º 11 ut ipse ipsius non dubitavit asserere non esse mortale minutis furtulis praedictis subripere ex diversis partis quantitatis quantumvis notabilis, dummodo ex nulla sive simul sive successive, gravis quantitas usurpetur, et etiam si hoc fiat intentione ditescendi, ut notavit Pater Lesius loco citato initio capitis praecedentis. — Scio alios citari a Patre Moya, ibidem pro hac sententia, sed immerito. Tum quia nullus eorum quos citant cum tota hac latitudine loquitur ut constabit legenti, licet aliquos citat ex Navarro, Enriquez et Aragon. Tum etiam quia Aragon expresse tenet oppositam sententiam loco citato ab ipso Patre Moya pene ad finem art. § sed dubitabit aliquis.

At Pr Vazquez opusculo de restitut cap 9 § 1º nº 76 inqt (teste Pe Moya loco citato) se fateri prefatum argumentum quo utitur Angelus difficillimum esse et probabilem forcam Angeli opinionem efficere, quam cum aliquâ limitatione defendit Medina, quod scilicet illegitime acciperet, esset paup, et id non faceret in fraudem legis: sed quia non habet unde domum suam possit alere. Hanc quod Medinæ sententiam vocat probabilem Ludovicus Lopez apud Pem Tannerum de justitiâ disp. 6 dubio 9 nº 214.

Alii limitatam eandem sententiam amplectuntur Navarrus in summâ hispanâ cap 17 nº 140. Joannes Enriquez in summa cap 11 nº 8 nulli quam Rev. apud Pem Vazquez 1a 2æ disp. 146 cap 1 nº 1º. Docent enim hi Doctores aliquem non peccare graviter in eiusmodi furtulis, etiamsi quantitas ablata perveniat ad quantitatem gravem, quando quis sine animo furandi eam notabilem quantitatem minutis furtulis ad illam paulatim devenit = Et Navarrus advertat in eo casu teneri sub gravi peccato restituere eam quantitatem statim ac pervenit ad materiam gravem. Sed Pr Vazquez disp. præcitatâ cap 2º § ex quâ doctrinâ notat in eam Navarri, ne aliquid doceat teneri ad restitutionem sub mortali, quod illis furtulis non peccavit mortaliter. Idque ipsum notavit Aragon 2a 2æ q. 66 art 4 § Ceterum ex eis DD.

Sed non possum hic non notare quod etiamsi ipse Aragon § sequente ad immediate citatum non acquiescat sententiæ Angeli, sed oppositam tueatur, adhuc tamen argumentum quod pro Angelo militat eis difficile esse fatetur. Ac proinde responsiones quas alii exhibent prefato argumento, ipse reijciat: alia quam ipse adhibet â nobis rejecta manet supra § ex quibus facile quod habet cap precedente.

Sed propositis iam et inculcatis rationibus, quæ pro prima sententia negativâ militare possunt 3a afirmativa et communissima theologorum docentium esse furtum grave quod per parvitates subreptas à pluribus pervenit ad quantitatem gravem: restat iam quod in presenti casu tenendum nobis sit. Ideo in praxi nobis amplectendam et suadendam esse fidelibus afirmativam sententiam

p quā militant contra res DDes, et so huius doctr sit DD autoritas. Et q illā melius continebunt hoēs in justiā et eqtate servanda.

Ad si itery rogas: quis matra sit assignanda ut matra gravis ru huius virti, de quo loquimur. Dico Moya cap 1o tt citati § 2o nº 5 post rei discutiones assignasse eo recap... ex illis q affirmales nihilominus et alij ab ipso citati ibidem nº 6, ex illis q affirmative sentig defendunt, docuerint aliqd sup centum regales n ee mortale ex natā rei, seu ex obto: pt q, n ee mortale nunquam ... Imo aliq apud Aragon art pte citato § sed dubitē et aliq post miy vit, matra gravis huius furti ad quant multo maiz extendunt et qdam ad centum argenteos et aliq plus ubi n intervenit damny alicuius. sed credo hos ultimos DDs ee plte negativā, n p affirmativā qs predico. sed in hac diff loquere cum Moya.

Cap 5

An Justia Legalis obliget ad restitutionē? Et casu quo obliget, cui restitus.

Ad resolut 1ā q supp 1o p 2o potissime spes injustie seu injuriē legalis pre qa justia legalis rempub... delinquit. 1o p furtum ut admittit com doctor sup proposita. 2o q aliud qdcumque quis damnū quale reipub inferret q rempub periclitante indigentem q suo consilio vel opibus n iuvaret, cum facile eo juvare poset. Et in utroque casu rogat,
ut Legalis justia obliget ad restitut eius q rempub damnificavit.

e supra

2o: xa sentia Angesti docente ea minuta furtiva etiã si auferant
pviant ... ad quant gravē si pvire ad peccatū mortale xa hanc, impb, sentia n dari obligat gravē restituendi ad aliquid ē: ... obligat ē ... ex justia commutativā ... levis peccat qs in quovis levi furto commiso ... = Et ro ē ... tertiā § ... limitatam

Lvi

et hec c^a fine cap^i preced^tis: nempe obligat^es gravis restituendi portam ex iniusta accept^e oriri n^o posse nisi ex culpa gravi, gravis imago in rōe furti, ut prec ibi citatos tenet Navarra lib 3° de restitut^e cap 1° n° 42.

Suppo 3° posse dari furtu grave resultans ex parvulis furtulis sup^a dictis q^d sibi opponat justitie commutative, et justitie legali (semel admisso furto de quo sup^a ee grave c^a justitia legale) et q^d tale eet furtu illud quo q^s ex bonis propriis civium depositis apud aliquem depositariu cum pacto, sive expresso, sive implicito talia bona in integrum reddendi, parvulas quant^es diversorum dominorum furaret. Nam in eo casu n^o solo delinqueret c^a justitia legalem quatenus delinquit c^a jus generale reipub: sed etiam c^a justitia specialem commutativam, ut co^is fert sentia: quatenus delinquit c^a jus speciale depositarii illius, cui grave damnu infert in re familiari, cum teneat ex suis bonis resarcire quant^es ablatas quae n^o unius depositarii gravis e = In hoc a casu et quolibet alio sili, furem teneri ad restitut^es sub obligat^e gravi rōe justitie commutative gravit^r lesse, supponendum e.

Sed dubiu; an etiam ad eam restitut^es teneat rōe justitie legalis? Nam q^d in presenti querimus e: an legalis justitia ad restitut^es obliget sive furantem mō sup^a dicto: sive aliud grave damnu reipub inferentem.

His suppositis: Sdo ex prese de furto quo q^s a pluribus furatur e parvulas quant^es unam gravem cstituentes n^o reipub docet Pr Lessius lib 2° de justitia cap 12 citato dubit^e 7 n° 41 furantem mō predicto teneri ad restitut^es, faciendam si commode poit iis, a qq. furatus e: q^d si iis commode n^o poit restituere, s. q^a dni ignorant; v. q^a difficilior e ~~restit~~ executio q^m res tantilla postulat (ut ingt ipse Lessius) s. q^a periculu infamie imminet, iniungendu illi ee a cfessario ut det in pauperes aut pia opera = cum a eade dubitatoe n° 38 docuerit

hoc quod furti esse contra commutativam, quod est idem atque contra justitiam legalem ut supra dictum manet: sed videtur in sententia huius Domini justitia legalis obligare hic furantem ad restitutionem.

Sed noto hic Lessium non docere expresse in ~~[illegible]~~ doctrina tradita obligationem predictam restituendi esse gravem gravitate obligantem. Sed de mente ipsius Lessii circa levitatem seu gravitatem huius obligationis redibit sermo ad finem Capitis sequentis. Alii vero contra nisi fallor, videntur afirmare eam obligationem restituendi esse gravem, faciendam que modo predicto a Patre Lessio. Talis quoque gravis obligatio restitutionis potius supponitur quam examinatur a Domino Lugo de justitia disputatione 16 numero 41. —

Hæc tamen contra probatur ab aliquibus Doctoribus ex decisione Alexandri 3.ii in Capitulo Cum tu de usuris. Ubi sic inquit Pontifex ~~—~~ ea quæ usuris inique adquisita sunt, si non supersunt illi quibus debentur aut eorum heredes, dentur pauperibus, et usurarii eorumque heredes ecclesiasticis pœnis ad id cogantur. — Secundo ipsum probatur ab aliis ex Capitulo nemo qui rapit ubi Sanctus Hieronimus allegatur sic inquiens: nemo qui rapit munera, si habet unde reddat salvatur si eos quorum fuit, invenire non poterit ecclesiæ seu pauperibus tribuat.

Sed ut fatear quid sentio eiusmodi textus solum loquuntur de usura aut furto in quibus læditur justitia commutativa. Alioquin si loquerentur de furto predicto contra solam justitiam legalem, eisdem textibus posset probari ab auctoribus contra Hieronimum Flangesto tale furtum esse mortale: consequens contra communem theologorum ut supra notatum est contra Navarro non datur gravis obligatio restituendi orta ex furto (nisi tale furtum sit grave) atque illis textibus non probatur ab Auctoribus tale furtum esse grave: ergo tales textus non probant gravem obligationem restituendi ortam ex tali furto contra solam justitiam legalem. — Præterea quia quod textus desumptus ex Alexandro 3.o solum docet restitutionem faciendam ablatis ex usura. Unde non debet extendi ad ablata absque usura et furtula predicta. Cum odia non sunt amplianda, sed restringenda. —

Sed nota hic ex Patre Lugo disputatione citata numero 41: quod etiamsi detur predicta gravis

obligao restituendi, ut qs elusaret ab ea gravi obligat, sufficeret, si restitueret partem quantis ablatae, qua dempta ipse n retineret quantitas gravis. Sic docet ex Pe Molina d. 6 8 8 n. 3 Gran 1a 2s tt 2o de peccatis d. 2 no 51 Rebello de justitia p 1a lib 3 q. 15 sect 4, Navarra, Alcozer et alij, quos refferet et sequit Pr Thomas Sanchez lib 7 in Decalogu cap 27 no 9. Ita q doctrina sit regula q oi obligat gravi restituendi, et ut talis tradit a predictis doctoribus.

Ro q doctr sit: q eatus fur tenet restituere sub gravi obligatione, quatus retinet matra gravem alterius ablatam p furtum: sed reddita pte aliqua qua matra retenta deficit a roe matre gravis, fur n retinet matra gravem alterius ablatam p furtum: Ergo reddita tali pte, ipse fur n tenet restituere sub gravi obligat. Pr Mir, q tali pte reddita, matra que retinet a fure, ipse n e gravis sed levis. Explat alit data ro: obligao gravis restituendi oritur a retentione matre aliene gravis ut gravis: sed reddita predicta pte, ipse n retinet matra gravis ut gravis: Ergo ipse n remanet obligao gravis restituendi.

Nota 2o ex Pe Lessio dis 14 a no 41 ex Scoto d. 15 q 3 Caietano q 62 art 3 et alijs: qd fur predictus, q xa sentia tradita a Pe Lessio tenet restituere quantum illud ablatum p furtum opp justie legali, de quo loquimur, s. pauperibus s. alijs pijs operibus; poterit si ipse vere paupr sit eam quantum sibi applicare et retinere, tamquam unus ex no pauperum: precipuè interveniente cosilio et approbat confessarij, nè proprio amore, vel ille allat in applicat illa sibi faciendi absq sufficiente titulo (noe a veri pauperis intelligit citatus Lessius cum Coi de allegata no 34 et 46 n so mendicos; sed etiam qqs nesaria ad decentem statum deest; nec aliunde habet officium aut reditus unde nesaria quiant) Qd si prefatus ro postea copiosior fiat n apparet tenebit, vel facta sibi applicat, alijs pauperibus distribuere eam aut equale quantum.

Hec a doctrina P.is Lessij et reliquorum cum applicatur predicti debiti in bonum debitoris, si debitor vere pauper sit; verum hec etiam in omni debito incerto (etiam si debitum sit ex justitia commutativa). Cum hanc n. universim eandem rem applicari poterit debitori pauperi. Cum hanc n. universaliter tradunt prefati doctores citati DD.es — Observa tamen debitum incertum illud dici, quod habet dominum ignotum (ignotum imo post factam sufficientem diligentiam, ut inquiratur ad quem tale debitum pertineat ad hoc ut illi restituatur) sive illud debitum proveniat ex contractu, sive ex delicto sive ex inventione etc.

Quod si post factam applicationem tibi ut pauperi dominus comparuerit, resque tibi applicata consumpta sit ita ut neque in se, neque in pretio extet; ad nihil teneris. Si vero in se vel in pretio extet (in pretio imo quo factus sit ditior) solum teneris restituere rem vel id quod extat — Licet aliqui DD.es, ut notat idem Lessius n.o 44, docuerint quod eam applicatio semel rite facta, sive alijs pauperibus sive tibi ut pauperi, non teneris domino postea comparenti restituere, etiam si res extet in propria specie. Sic quoque ante Enriquez de Indulgentijs Cap. 34 n.o 8; et insinuat Dominus Navarra lib. 4 Cap. 2.o n.o 57 teste ipso Lessio.

Que dicta hucusque mentem cum obligatione restituendi ob furtum predictum opportunum reipublicae seu justitie legali videntur fundari in com̃ sententia. At communiter videtur dicendum contra sententiam eandem legalem justitiam obligare ad restitutionem faciendam ob furtum predictum sive oppositum, quia obligatio restituendi in tali casu et ob furtum predictum, quam communiter admittit DD.es, videtur non posse oriri ab alia justitia, quam a legali. Et ratio est: quia ab illa solum justitia potest oriri obligatio gravis restituendi ob predictum furtum, cui tale furtum opponitur graviter: sed solum opponitur graviter justitie legali: ergo solum ab illa poterit oriri obligatio gravis restituendi. Et confirmatur: quia quevis justitia videtur continere duo precepta, aliud quo petit non ledi, aliud quo petit quod resarciatur damnum si quod fuerit illatum contra ipsius.

Secundo a. de 2.o genere damni illati reipublicae a cive denegantem illi auxilium, opes, aut consilium, quo indiget ne periclitetur; aut aliud

grave damnum patiatur, Communis doctrina docet exprese tale genus damni illati reipub. ab illo qui tenet ratione officij, seu pacti prospicere bono illius, non inducere obligationem restituendi: et communiter justitiam legalem non obligare ad hoc genus damni restituendum. = Dictis huius sententiae dabimus Cap. sequente fundato ultimo, quae de hoc casu expresius loquuntur.

sed quaeritur quod nobis tenendum sit in praesenti quaestione. Credo valde probabile mihi videri justitiam legalem non obligare ad restitutionem neque positive damnis contra reipub. per furtum predictum, quo per parvitatem a distis civibus ablatas ad gravem quantitatem devenit: neque native inferentem reipub. aliud genus damni, ut accideret quando quis denegaret auxilium aliquod requisitum ut eam a gravi aliqua calamitate liberaret, cum aliunde tale auxilium facile prestare potest; ad quod tamen prestandum neque ratione officij seu pacti teneretur (illa si hoc interveniret iam etiam interveniret commutativa justitia quae sine dubio ad restitutionem obligaret) hec de quo nobis pluribus erit probanda Cap. sequente.

Antea tamen revoco in memoriam dicendum hanc procedere etiam admisso quod furtum predictum sit peccatum grave contra reipub. et justitiam legalem; nam si statuatur non esse grave contra sententiam Hangesti propositam et probatam praecedenter, necesarium non esset hic probare justitiam legalem non obligare, precipue graviter ad restitutionem predicti furti: nam ut constat ex 2° supposito facto initio huius Cap. ex furto non gravi non potest resultare ulla obligatio gravis restitutionis.

Cap. 6

Justitiam legalem non obligare ad restitutionem ratione et auctoritate probatur.

= Illa mihi succurrunt fundata in favorem huius nativae sententiae, quae ab alijs non video ex professo tractata. Cum tamen res ista exactam discutionem videatur exigere.

1um fundamentum a ratione sit. Nulla nisi rigorosa justitia obligat ad restitutionem. sed justitia legalis non est rigorosa justicia: ergo justitia legalis non obligat ad restitutionem. Maior est communis theologorum, qui negant cum alteri virtuti distinctae a rigorosa justitia obligationem

restituendi, et sic illi denegant misericordiæ, pietati, et similibus. imo
Theologi com̃r docent non omnes rigorosæ justitiæ obligare ad restitutionem juris
lesi: non enim ex unica parte docent justitiam legalem esse rigorosam seu perfectam
justitiam ut docent inter alios Bañez et Aragon, aliunde docent eam
justitiam non obligare ad restitutionem, sed solum specialem justitiam, sic docet Ba-
ñez q. 58. art. 5 ad 2m. Aragon eadem q. art. 11 in explicatione art.
quos infrà sæpe citabimus. = Confirmatur: quia pars potentialis justitiæ non est
rigorosa justitia: sed justitia legalis est pars potentialis justitiæ: ergo non est rigorosa
justitia. Maior constat: quia si pars potentialis justitiæ esset rigorosa justitia,
illa non esset pars potentialis, sed pars subiectiva rigorosæ justitiæ. Minor etiam li-
quet ex dictis à nobis disp. 3 cap. 2 § Ex dictis ergo, est quod ad mentem
Navarri in manuali latino cap. 17 nº 10 et 11 § Necessitas, alio-
rum quod DDs.

2s. fundatur sic: si justitia legalis obligaret ad restituen-
dum, debitum lege justitiæ legalis induceret obligationem restitui: sed debitum
lege justitiæ legalis non inducit obligationem restituendi: ergo justitia legalis non
obligat ad restituendum. Maior est certa. Minor probatur: solum debitum lege jus-
titiæ specialis inducit obligationem restituendi: ergo debitum lege justitiæ lega-
lis (quæ non specialis sed generalis justitia est) non inducit obligationem restitu-
endi. Consequentia est bona: Antecedens tradit à Navarro in materia restitutionis
cap. sup. citato nº 12. Ubi tamquam regulam brevem in hac materia docet
illum solum ad restitutionem teneri, qui aut retinet, aut debet aliquid lege
justitiæ specialis. Est quod doctrina non solum Bañez et Aragon quos alle-
gavimus § præcedenti: sed etiam omnium eorum quos in ultimo fundato cita-
bimus.

3s. fundatum probat quod justitia legalis non obligare ad res-
titutionem: quia si ad restitutionem obligaret maxime damnificantem positivè
reipublicæ per furta prædicta: damnificantem negativè per negationem auxi-
lii prædicti § penultimo cap. præcedenti: sed justitia legalis neque unum
damnificantem neque alterum obligat ad restitutionem: ergo absolutè nullum obli-
gat ad restitutionem. Maior huius syllogismi probatur partes probatur ... Est

Et qdq pluribus verbis.

Probo 1° min. quoad 1ą p. sed ad probationem pono qd sit restituere ex definitione restitutionis tradita à D. Tha 2a 2æ q. 62. art. 1° ubi inquit: restituere est, iterato aliquem statuere in dominium vel possessionem rei suæ, quæ scilet sua sit vel ratione et numero; vel morali et in equivalente ut Comm. explicant DD.: praeterquam quod sua sit vel ratione dominii et possess. ut volunt Bc. sz, Molina, et alii; vel ratione juris ad rem ratione cujus talis res restituenda deberet ante furtum appropriari illi cui sit restitutio ut ulterius infra dicemus in 3a probat. huius ipsius p. minoris. Quâ doctrinâ suppositâ sic argumentor et probo praedictam p. minoris: ut justitia legalis obligaret damnificantem positive per furtum praedictum ad restituendum reipub. (cujus tamen bono curat) qd per furtum praedictum ablatum est: necessarium erat qd quantitas ablata per furtum esset sua vel reipub.: sed quantitas ablata per furtum non est sua vel reipub.: ergo justitia legalis non obligat damnificantem positive reipub. per furtum praedictum ad restituendum illi qd per praedictum furtum ablatum est. Maior constat ex premissâ definitione et explicatione furti. Minor non minus constat, quia quantitas ablata per praedictum furtum non erat sua vel reipub. ante furtum, quia neque habebat dominium, neque possessionem illius: neque item habebat jus ad illam ratione cujus deberet ipsi appropriari cum ea esset simpliciter civium. Et hinc fit qd si ea quantitas reipub. redderet à furante necessario restitutio quia cum ad hanc requirat qd aliquis iterato, hoc est 2°) statuatur in dominium vel possessionem rei suæ si antea non erat sua, praedditione non statueretur 2°, sed 1° in possessionem rei suæ.

Probo 2° eandem min. quoad 1ą p. ex principio qd tradunt Bañez q. 58. de jure art. 5 § ad 2m rei qd justitia, et Aragon eadem q. de justitiâ art. 11 in explicatione art. Curr. qd justitia legalis adæquatè sumpta non obliget ad restitutionem. Et illud est quia ea obligat ad restitutionem debitum rei appropriatæ alteri. Et quidem appropriatæ appropriatione perfectâ, et non solo imperfectâ, ut explicat idem Bañez q. 62 art. 3° in 4a dubitatione in respons. ad 3m. Cujus appropriationis defectu docet

ipse ibidem Lignatus fuerit de silva communi etiam in magna quantitate, dummodo non sit in enormi (quia Lignatus docet ipse in eadem dubit. esse contra justitiam legalem) non obligare ad restitutionem, nisi adiunctè interveniat laesio justitiae commutativae ut infra dicet et explicabitur amplius ubi designat.

Ex hoc ergo primo sic arguitur, et probatur eadem conclusio minoris partis. Ut justitia legalis obligaret ad restituendum reipub. (cuius tamen bono studet) quod per praedictum furtum ablatum est, necessarium erat quod debitum contrahe- tum per illud furtum esset debitum rei appropriatae justitiae: sed debitum contractum per illud furtum non est debitum rei appropriatae reipub.: ergo justitia legalis non obligat ad restituendum reipub., quod per illud furtum ablatum est. Maior nititur princi- pio praiacto. Minor constat: quia quantitas per illud furtum ablata non erat res appropriata reipub., ut constat est; sed particularibus in quorum dominio erat.

Probatur 2.º quo- ad eandem partem minoris ingeniose ex principiis quae in materia de justitia distributi- va statuunt Doctores. (Tam videlicet illi qui docent justitiam distri- butivam obligare ad restitutionem, quam illi qui negant ad restitutionem obliga- re) ut decernant an justitia distributiva obliget scilicet non ad restitutionem faciendam rei illius, quae non est distributa alicui cui illi distribui deberet. Nam qui affirmant obligare ad restitutionem, ut affirmat inter alios Caietanus apud Aragon q. 62 art.º 1.º § Sed contra hoc est: ideo docent ad resti- tutionem obligare, quia licet res quae in distributione denegata est alicui particulari, non esset stricte sua vel possessionis scilicet dominii, aut juris alterius aequivalen- tis dominio formali; erat tamen aliquo laxius sua vel juris ad rem, quia ad illam habebat talis particularis, vel cuius debebat illi appropriari in distributione ea res denegata = Qui vero illam obligationem negant ut Magnus Suarez de justitia Dei sect. 3.ª a n.º 14 Valentia disp. 5 de just. q. 7 p.to 2 a § Ideo aliter et plures alii; ideo illam negant ut optime explicat citatus Suarez: quia ad hoc ut res in distributione denegata alicui particulari indu- ceret debitum et obligationem illi restituendi, necessarium erat quod talis res vel ... talis particularis esset stricte sua scilicet vel possessionis scilicet vel dominii sive formalis,

sive moralis aequivallentis formali; hoc est sive ratione dominii, quod in illam re denegatam herret; sive quod herret in aliam re quam ipse dedisset ob illius adquirendum. Unde ad obligationem restituendi DD. utriusque sententiae requirunt quod res denegata et restituenda esset sua rationem eius cui restituenda est; sua, inquam, sive hujusmodi, ut ita dicam, strictam ut vult 2a sententia; sive latam ut admittit 1a.

Ex quâ doctrinâ statutâ à DD. utriusque sententiis in justitiâ distributivâ, sic à paritate arguitur in justitiâ legali. Ut justitia distributiva obliget ad restitutionem faciendam alicui particulari ob bona denegata in distributione Communitatis necessarium est quod res ipsi denegata et restituenda fuerit sua scilicet strictè ratione possessionis aut dominii sive formalis, sive aequivallentis, ut vult 2a sententia: scilicet laxe et ratione juris ad rem, ut vult 1a sententia: ergo similiter ut justitia legalis obliget ad restitutionem faciendam Communitati seu reipublicae (cujus tamen bono haec justitia attendit) ob bona ablata in furto Communitatis de quo loquimur, necessarium erat quod res ablata, et reipublicae restituenda fuerit sua, scilicet strictè ratione possessionis aut dominii sive formalis, sive aequivallentis, scilicet laxe ratione juris ad rem. Paritas est urgens, et meo judicio manifesta: quia deficiente utrâque suitate in re restituendâ non est unde oriatur obligatio restitutionis faciendae à justitiâ legali, sicut utrâque deficiente non est unde oriatur obligatio restitutionis faciendae à justitiâ distributivâ.

Minor sic: sed res sive quantitas ablata per furtum de quo loquimur non est strictè sua rationem reipublicae; neque item laxe in sensu praedicto: ergo justitia legalis non obligat ad restitutionem faciendam reipublicae ob talem quantitatem ablatam per furtum de quo loquimur. Probo minorem: subsumptam quoad 1am partem: quia in 1is respublica, ut Communitas est, non habebat possessionem scilicet dominium formale illius quantitatis ablatae per praedictum furtum, quia ipsi non erat appropriata talis quantitas, nec de illâ poterat Communitas disponere pro suo libito; sicut neque sunt ipsi appropriata bona reliqua particularia Civium: nec de illo pro suo libito et absque necessitate potest respublica disponere, ut supra à nobis probatum est. Item neque habebat rationem illius

quant. dnij moralit. equivalens damnio frali: sigdẽ hoc dnij distit

in eo qd fuerit frale dnij in aliqa re, qa dederit ob tale quant.

ablatu adquirendu: respub. a. nihil dedit particularibus Civibus, in quo

